

DISPUTATIO JURIDICA

De

INJURIIS

Divina Gratia

Succurrentes,

Nobilissimo atq; Amplissimo Jurisconsultorum
ordine in celeberrima hac Academia
permittente,

*Viro Magnifico, Amplissimo, Excellentissimo,
Consultissimo*

DN. GOTTERIDO SVEVO

J. U. D. P. P. h. t. Academiae Rectore, Curiae
Electoralis, Scabinatus, & Facultatis Juridicae
Assessore celeberrimo, gravissimo,

Præceptore, Patrono atq; Promotore suo omni ho-
nore atq; observantia semper prosequendo,
Praesidente,

In Auditorio Jurisconsultorum

a. d. 28. Aug.

Placido examini subjienda
ab



ESAIA MAJORE VRATISLAVIENSI SILESIO,

Respondente.

WITTEBERGÆ

Typis JOHANNIS RÖHNERI, Acad. Typogr.
ANNO M DC XLVII

H. M. Heinecke

Inclutissimæ Urbis
VRATISLAVIÆ

*Magnifico, Nobilissimo, Sirenuo, Amplissimo,
Prudentissimo, Splendissimoq;*

COLLEGIO SENATORIO

Universo toti

PATRIBUS PATRIÆ

longè Laudatissimis,

*ita Kempub. gerentibus
ut*

cum ADRIANO IMP.
sciant, Populi rem esse,
non propriam;

Specialim verò atq; inprimis,

V I R I S

*Magnificis, Nobilissimis, Strenuis,
Amplissimis Consultissimisq;*

Dn. THEODORICO à *Hartz/*
in Nise/ Ejusdem Florentissimi Collegii
Præsidi & Seniori,

Simulq; Prædiorum Castrî Namslaviensis Directori,

SCHOLARCHÆ PRINCIPI:

Dn. JOHANNI ab *Hannold/*
dicti Collegii Seniori:

Dn. GEORGIO FRIDERICO
ab *Argat & Groß-Schuttau/ in Born/*
Zwenbrod & Blanckenaw; Senatori:

Dn. CHRISTIANO *Hoffman*
ab *Hoffmanswaldau/ Senatori;*
REI SCHOLASTICÆ LITTERARIÆQUE
PRÆSIDIBUS

multò Dignissimis Spectatissimisq;

Dominis meis etiam atq; etiam Venerabilibus,
& Patrōnis incomparabilibus
hoc quicquid est Exercitii Laborisq; Aca-
demici
minimum omnium
pro maximis plurimisq; beneficiis
hostimentum
mēmorisq;, grati, observantis, atq; obsequiosi
animi monumentum
humillimè dedico & consecro;
cætera, Lipsianis verbis,
in ære isto manere,
fortasse & immori
debere me sentio:
tamen,
ut boni animi ac sanguinis debitores,
confessionem, cum non solutionem
offero,
& debere me, ac debitorum, hac velut
syngrapha consigno

Esaias Major Vratislaviensis,
Auctor & Resp.



Esse Mecum Velit Salvator!



Uas de Injuriis agentes positiones heic
propositas volui, ne omni careant ordine,
in ipsa decem & duo diremtæ sunt mem-
bra. quorum 1. aget de Injuriz Etymolo-
gia, 2. de Homonymia, 3. de Synonymia, 4. de de-
finitione, 5. de divisione, 6. de personis Injuriam fa-
cientibus, 7. de personis eandem patientibus, 8. de
Injuriarum actionibus, 9. de earundem extinctio-
ne, 10. de Injuriarum pœnis, 11. de cognato, & tan-
dem 12. de contrariis. Sit itaq;

Thesis I.

Injuria ex eo dicta est, quod non jure fiat,
quasi non jurgia (a.)

(a.) Omne enim quod non jure fit, Injuria fieri dicitur *l. 1. pr. D. de Injur. vide sis & Fridericum Taubmannum in Commentario Plautino, Persa Act. 3. Scen 3. v. 4. p. m. 972.* ubi vocabulum Injure, si-
ve, ut Nonius legendum existimat, Injurie (quod nominis ibi in-
ter cetera Toxilus servus Dordalo Lenoni indit) ita explicat, i. e.
homo sine jure. add. & clarissimum, raræq; & inusitatæ humanita-
tis virum Dn. Christianum Becmanum in adeo erudito suo tracta-
tu, quem inscripsit, de Originibus Latinæ Lingvæ.

Thes. II.

Sumitur (a.) autem vocabulum Injuriz vel
generaliter (b.) vel Specialiter. Generaliter, pro

A

omni,

omni, quod non jure fit, (c.) Specialiter, 1. pro
damno culpa dato, (d.) 2. pro iniquitate & in-
justitia cum Prætor vel Judex non jure contra
quem pronunciat, (e.); pro contumelia (f.) &
sic in hac præsentî disputatione sumitur.

(a.) In alia præterea à positis planè diversa significatione voca-
bulum Injuriz accipi, innuunt phrasæ illæ: Injuriôsî venti, apud
Horatium *Lib. Ep. Od. 17.* Tempelstatum Injuriz, apud Colum. ci-
tantibus Petro Cholino & Joanne Frisio in Dictionario Latinogerm-
manico. Ab Injuria oblivionis se asserere, apud eosdem ibidem.

(b.) Quemadmodum adoptio, & sexcenta alia vocabula in ju-
re nostro modo generalia, modo specialia sunt.

(c.) *pr. l. de Injur. l. i. pr. D. eod.* Igitur tam publica, quam privata
delicta ad unum, quod contra jus fiunt, Injurias non injuria dixeris.

(d.) etiam ab eo, qui nocere noluit. *S. l. D. ad l. Aquil.*

(e.) *l. i. pr. D. de Appell. & rel. verum in l. ii. D. de Just. & Jure,*
etiam tum Prætorem jus reddere dici affirmatur, cum inique decer-
nit. Sed respicitur ibi ad id, quod illum facere convenit, non quod
fecit; quemadmodum nodus hic in ipsa lege solvitur. Magis conven-
ientiori hinc fortean nomine appellaretur, si jus iniquum dice-
retur.

(f.) Itaq; ut, quotiens non addimus aliud quoddam nomen,
semper penissimè hanc Injuriarum speciè significemus; sicuti cum
jus civile dicimus, nec addimus nomen, intelligitur Jus civile Ro-
manorum, vel cum Poëtam, subauditur apud Græcos egregius Ho-
merus, apud Latinos Virgilius.

Theſ. III.

Synonyma (a.) igitur sunt Contumelia

(b.) atq; Injuria (c.)

(a.) Quantumvis inter ipsa gradus quosdam facere videatur.
Nonius Injuriam minus esse, quam contumeliam, inquit. Cu-
jus sententiam confirmat Pacuvius Peribœa: Patior facile Inju-
riam, si est vacua à contumelia. Horom. *comment. de verb. Juris.*

(b.) Quæ

(b.) Quæ à contemnendo dicta est *pr. l. de Injur. l. 1. pr. D. eod.*
vel quod contemptum fiat, vel quod contemptum & dedecus ei, qui
Injuriam patitur, accersat. *Welenb. D. de Injur. n. 3.*

(c.) Græcè ἔσθλις dicitur; Germanicè, Eine Schmach/ Welck
digung/ Anraffung/ Schimpff/ Spote.

Thef. IV.

Definiri potest (a.) Delictum (b.) priva-
tum (c.) dolo malo (d.) in contumeliam alte-
rius (e.) admissum.

(a.) Cum *Contr. Olemanno in Antin. Jur. Civil. disp. 35. §. 1. n. 2.*
& *Christoph. Besoldo in Synopsi Inst.*

(b.) non crimen, utpotè ab eodem distinctum *in l. 17. §. 18. D.*
de Edil. ed. nisi magis generalius sumto vocabulo ita nominare ve-
lis, ut in l. 5. §. D. de pan.

(c.) *l. 7. l. 11. C. de Injur.* Illo tamen casu, quo aliquis famosum
libellum scripsit, nec nomen adjecit ejus, in quem factum est, di-
cens sortè; sunt aliqui prodigiosi in civitate, qui jurantur commu-
nes pecunias; quia difficilis probatio est, publicam accusationem,
cuilibet de populo competere *ex l. 6. D. de Injur. probat Schneid. ad*
§. 1. l. eod. n. 1.

(d.) Ut enim Injuria facta esse dici queat, & Actio Injuriarum
detur, animus & propositum Injuriandi requiritur, *§. 1. §. n. 7. de*
Injur. l. 1. §. 8. D. de Inj. ventre l. 3. 4 pr. de oblig. l. 39. l. 53. pr. de Furt. l. 3. §. 1.
§. 4. l. 33. l. 44. de Injur. l. 5. C. eod. qui animus in dubio præsumitur, do-
nee contrarium reus probet l. 5. C. de Injur. nonnūquam etiam,
quando duntaxat quis dicit (Injuriarum siquidem actionem non
extinari, quod qui Injuriam intulit, non se animo affectum fuisse
se affirmet, ut Injuriam inferret, refert *Emanuel Sotarez thes. rec. sent.*
lit. f. n. 76.) se non animo injuriandi quid fecisse, nec ullis ipsi ei-
dem est conjecturis probando, præstito purgationis juramento, quo
innocentia in animo consistens probari potest. Quæ tamen cum
demum procedunt, si dictum vel factum illud per se est injuriosum,
nec præsumtio illa conjectura quadam contraria, à qualitate per-
sonæ desumpta elidi potest, ut si sit parens (non solum usq; ad se pu-

in unum gradum, ut scribit Bar. in l. 3. D. de Inj. sed etiam ultra) Præceptor, Dominus, Cognatus, Maritus, Amicus, qui corrigendi potius, quam injuriandi animo quid fecisse ceñtentur, vel mimi & histriones, qui jus aliquod habere videntur, vel potius usurpant, alios perstringendi. Nam illo casu præsumso est contra injuriantem, cum ita præsumatur esse animus, sicut se habent verba. Secus si vel per se non est injuriosum, vel injuriosum quidem, sed ab ejusmodi personis, quæ præsumtionem Injurix tollunt, dictum aut factum, & actor in contumeliam sui insignem id prolatum factumve existimat, tum namq; actor animum injuriandi adfuisse probare cogitur, quod nisi illi factum fuerit, reus est absolvendus. l. 23. C. de probat. v. Wesenb. D. de Injur. n. 8. Omphal. de civili polit. lib. 1. c. 104. n. 8. & 12. Gail l. 2. obs. 106. n. 5. & 6. Treutl. sel. disp. vol. 2. disp. 30. §. 5. lit. B. Quid verò dicendum de illis ambiguis verborum, quæ modo important Injuriam, modo non? Quia semper ejusmodi verba in mitiorem partem accipi debent, & hic Actori incumbere probationem arbitramur. Pater hinc, Efficientem Injurix causam esse animum Injuriandi, Wesenb. §. Injuria autem l. 7. de Injur. n. 1. conjunctum tamen cum affectu Injuriam patientis. Nam hæc duo nisi concurrant, Injuria non videtur.

(c.) Nemo quippe sibi ipse facit Injuriam.

Thef. V.

Injuria fit aut re aut verbis. (a.) Illa aut in Corpus, e. g. cum quis pulsatus (b.) verberatus (c.) aut fustibus cæsus fuerit (d.)

(a.) Quam Labeonis in l. 1. §. 1. D. de Injur. propositam divisionem, utpote perfectam, absolutam, omnesq; Injuriarum species complectentem (nec etenim ibi tantum agitur de reali, & ea quæ verbis viva voce prolatis consistit, Injuria, sed & de ea quæ fit literis), quæ sub verbis continentur v. Wesenb. D. de injur. n. 3. & Gail. lib. 2. obs. 104.) merito retinemus, posthabitis tricesima illa, Omphalii de Civili polit. lib. 1. c. 104. n. 4. Wesenbecii §. Injuria autem l. 7. de injur. Olemanni disp. 35. §. 5. ac quam plurimorum aliorum, Injuriam tribus modis fieri facto, dicto, & scripto, scribentium, i. Gothofredi,

thofredi, injuriam nos pati aut in, aut extra corpus, in corpus ver-
beribus & illatione stupri, Extra corpus (extra quod etiam Injurias
reales patimur.) conviciis & famosis libellis *ad d. §. 1. annotantis
luc. b. Theophili*, injuriam committi non factio tantum, (ad quam
speciem & convicium refert. ne rectè) sed etiam verbo (cum scilicet
quis ad infamiam alicujus orationem vel carmen scripserit.)
tradentis, Georgii Schultzei in *Synopsi Inst.* quatuor species Injuria-
rum, primam quæ fiat re, alterâ quæ verbis, tertiam, quæ litteris, ul-
timam, quæ gestibus, constituentis, nec non Auctoris Rhet. ad He-
rennium lib. 4. citati ab Hotomano *comment. de verb. Jur. p. 173.* &
Olemanno *disp. 35. §. 1. n. 1.* qui Injurias aut pulsatione corpus, aut
convicio aures, aut aliqua turpitudine vitam cujuspiam violare ait
divisionibus.

(b.) §. 1. *J. de Injur. l. 1. §. 2. l. 5. pr. D. eod.* quod est cædere sine do-
lore *l. 5. §. 1. D. eod.*

(c.) quod est cædere cum dolore *d. l. 5. §. 1.*

(d.) Item huic Injuriarum speciei adjici possunt, si quis ali-
quem fimo corrupto perfuderit, cæno luto oblinierit *l. 1. §. 1. D. de
extr. crimin.* injustè conjecerit in carcerem, torturæ subjecerit.
Wes. *D. de Injur. n. 15.* stuprum alicui intulerit Goth. *ad §. 1. J. de In-
jur. crines alicujus aut barbam expilaverit 2. F. 27. vers. si quis aliquem
cauperit.* Unde docuit Bald. in *l. reos 3. C. de accusat. n. 6.* Barbam in
homine membrum esse, & ob id incidentem barbam teneri pœna,
qua plerûq; soleat, qui membrum alicui abscidit.

Thef. VI.

Aut extra corpus v. c. cum (a.) alicujus bo-
na quasi debitoris (b.) qui nihil deberet, pos-
federit quis, qui intelligebat, nihil sibi eum
debere, sive cum aliquis matrem familias (c.)
aut prætextatum prætextatamve (d.) adsecta-
tus (e.) fuerit.

(a.) §. 1. *J. de Injur. l. 1. §. 31. D. eod.* hanc Injuriam Wesesaber in-
partim

partim verbalem, partim realem esse, fortasse non adeò bene statuit, d. §. 1. *litt. e.*

(b.) Secus, si erat verus debitor, & possedit Judicis auctoritate (alioqui si propria occuparet, non tantum actione Injuriarum teneretur l. 20. *D. de Injur.* sed & amitteret suum debitum l. 13. *D. quod met.*) quia tunc jure suo utitur.

(c.) v. l. 3. §. 6. *D. de lit. exh. l. 46. § 1. de verb. Sign.*

(d.) v. §. 1. *I. de Injur. d. l. 3. §. 6. D. de lib. exh. ibiq; Dd.*

(e.) v. l. 15. §. 22. *D. de Injur.* Porrò huc referri queunt etiam sequentes Injuriz, cum aliquis contumeliaz causa ejusmodi veste indutus obambulat, cujusmodi Religiosorù ordo uti solet *N. 123 c. 44.* cum inferiorum dominus ædium, superioris vicini fumigandi causa fumum facit, aut superior vicinus in inferiores ædes quid aut projicit, aut infundit l. 44. *D. de Injur.* cum quis in domum alienam vi introit. l. 5. *D. de Injur.* quamvis in jus vocati l. 32. *D. de Injur.* quia domus tutissimum cuiq; refugium atq; receptaculum esse debet l. 18. *D. de inju voc.* Item, cum quis Januam effringit l. 53. *pr. D. de Furt.* litteras alterius resignat, celat, *Wesemb. D. de Injur. n. 7.* Item, cum aliquis pro rei qualitate evidentissimè locupletem, vel (si dubitetur) approbatum fidejussorem judicio sistendi causa non accipit; quia sanè Injuria est, duei in jus eum, qui satis idoneum fidejussorem dat, quo casu & ipse fidejussor, qui non est acceptus, tanquam de Injuria sibi facta queri potest l. 5. §. 1. *D. qui sat. cog. an v. r.* & cum quis à debitore locuplete fidejussorem postulat? id quod negandum esse arbitramur, quoniam non injuriandi animo, sed curaturus, ut diligentius sibi cautum sit, hoc fecisse existimandus est *pr. I. de Fidejuss.* Item Injuria realis est extra corpus; quando gestum deformatione quem offendimus, auriculari fortè indiceque digito præ cæteris alicui ostenso, lingvave exserta. *Olem. diss. 35. b. 5. n. 13.* Alios plurimos modos inferendi Injuriam repetere licet ex Pandectis, sub Rubrica de Injuriis.

Thef. VII.

Injuria verbalis (a) itidem dupliciter fit, 1. verbis viva voce & ore prolatis (b.) ut si quis alterum

terum furem, latronem, homicidam, adulterum (c.) bonum virum (d.) appellaverit, vel si alicui dixerit: (e.) Tu mentiris, (f.) vel si alicujus pudicitiam attentaverit. (g.)

(a.) Dubium hic oritur, cum Injuria non solum re, ut verberibus; sed etiam verbis, ut conviciis, & scriptura, ut famosis libellis fieri possit §. 1. *I. de Injur. l. 1. §. 1. D. eod.* nunc rectè Gajus in *l. 4. D. de Oblig.* & eum secutus Justinianus in *pr. I. de Oblig. que ex del. nasc.* obligationes ex delicto ad unum duntaxat genus referant, omnesq; ex re nasci affirmant? Sed ad defendendum Jurisconsulti Imperatorisq; sententiam dubitanti cum Pacio *Leg. concil. cent. 8. quest. 39.* responderi potest: obligationem ortam ex Injuriis quantumvis verbis sive scriptura factis, nihilominus tamen dici re consistere i. e. ipso maleficio, nimirum illa contumelia & ignominia, qua afficitur, qui Injuriam patitur. Cum enim quaeritur obligationis genus, illud tantum spectatur, ex quo obligatio oritur. Sic emptio & venditio consensu contrahi dicitur, etsi plerumq; verba, & interdu[m] scriptura interveniant.

(b.) Quæ species Convicium dicitur §. 1. *I. de Injur. l. 1. §. 1. l. 15. §. 2. §. 3. l. 42. D. eod. l. 3. C. eod.* latius scilicet sũto vocabulo, pro omni maledicto seu verbo Injurioso. Aliàs in specie Convicium est, quod cum vociferatione dictum est, *l. 15. §. 11. D. de Injur.* sive cum in unum complures voces conferuntur, *d. l. 15. §. 4.* dictum vel à concitatione, vel à conventu, hoc est, à collatione vocum, quasi convocationem *d. §. 4.* non à vitio, cujus prima syllaba brevis, cum altera in convicio producatũr; vel vitando, quoniam ad vitare particula connequit referri. Nec etiam huic Ulpiani summi Jurisconsultorum Etymologia observationem Nonii Marcelli, quem Janus Gulielmus Vetus similitum *l. 2. c. 20.* Thesaurum mendorum, Joh. Meursius *par. l. exerc. crit. c. 3.* Nugatorem, Lipsius *l. 2. Antiq. leſt. c. 4.* ad risum sœpe ineptum, Idem *l. 1. epistoliarum quest.* Stipitem vocant, prælatam volumus, apud quem convicium dictum esse legitur, quasi è vicis locum, pro quo legit Lipsius, quasi è vicis loqui, aut quasi cum vicis loqui. A quibus (vicis) etiam Verrius Flaccus vocabulum convicii derivat. Lipsius *1. Antiq. leſt. c. 1.*

Rectius

Reatus itaq; & ad differentiam Convitii, quod plurimum simul adificiarum vitium & labem significat, Convicium per C. quam Convitium per T. scribitur. Fortiter *Just. inst. lib. 4. disp. 21. §. 12. Wesenb. D. de Injur. n. 8.*

(c.) Per talia enim verba quodammodo redditur quis infamis infamia facti, cum ejus opinio apud bonos & honestos viros multum laedatur & gravetur. Nec interest, sive in genere, sive in specie objiatur aliquod delictum commissum, exprimendo nimirum, cui furatus sit, vel quem occiderit, quanquam atrocior ea sit. Injuria, quæ sit certa delicti specie expressa, *Wesenb. D. de Injur. n. 8.* Sic Injuria quoq; est, cum quis appellatur Scurra, nebulo, spurcius, infamis, delator, servus, debitor, qui scilicet debitor non est, cornutus, ebrius, pauper vel mendicus, item cum alicui corporis sui defectus moriive objiuntur, ut quod sit claudus, cæcus, luscus, gibbosus, mutus, leprosus. Quicquid siquidem dicitur in contumeliam alterius, quod infamia facti apud bonos eum gravet, & reddat contemtibilem, etiamsi per se non sit criminofum, Injuria est *l. 15. §. 27. D. de Injur. l. 31. C. de liber. causa.* quanquam, quod objiatur, verum sit. Quippe quæ convicii veritas Injuriam non tollit. Quam sententiam adeò veram esse Jurisconsultorum non pauci (quidam, nec ii ignobiles contrariæ sunt) statuunt, ut nec is excusetur, qui, quod, ut detegatur, expedit Reipublicæ, objicit, v. c. furtum, homicidium, latrocinium (peccata siquidem nocentium, nota esse & oportet & expedit *l. 18. pr. D. de Injur.* ut puniantur *l. 51. §. 2. D. ad l. Aquil.* & homicida quod fecit, expectet *l. 3. C. de Episc. aud. Gen. 9. v. 6. Exod. 21. v. 12. & 23.*) lepram (ut qui illius morbum incurrerunt, à communione hominum separentur *l. 1. ext. de conj. lepr.*) vel defectum natalium, quod sit spurius (ne ad dignitates, quæ tantum illis, quibus nec de matre erubescendum, nec de patre dubitandum est, ut loquitur Divus Hiero. citatus à Schneid. *§. 1. l. de Injur. n. 15.* deferri solent, admittatur incapax & infamis.) Sive hujusmodi convicium dixerit extra Judicium in rixam fortasse inconsulto calore prolapsus, vel etiam extra rixam, sive in judicio quidem, verum non absq; suspitione, fieri hoc magis eò, ut libidinem suam conviciisq; refertum animum expleret, quam ut puniretur delictum, in negotio fortassis, ad quod objectio illa nil quicquam

quam momenti conferre potest l. 5. C. de Injur. l. 3. C. de officio Reſtoru provinciz. Ordini. crimin. Caroli V. art. 110. (qui cum de famosis libellis loquatur, nec illorum veritatem excusare patet) ibi: Und ob sich auch gleichwol die auffgelegte Schmach der zugemessenen That in der Warheit erfünde / soll dennoch der Aufruffer solcher Schmach / nach vermissen der Rechte / vnd ermessens des Richters / gestrafft werden. Quam sententiam etiam comprobavit Illustrissimus Elector Saxoniæ AUGUSTUS, quem summum Juris Saxonici Interpretem vocat Georgius Schultze in Synopsi Inst. lit. I. in Novellis suis p. 4. constit. 44. §. ordnen vnd setzen auch darüber / ubi habetur: Wann einer jemandes durch Schriften diffamiren / vnd seinen Nahmen nicht bekennen wirts / da er gleich solches folgendes lönte ausführen / das selbe gleichwol auch willführlich / entweder mit Staupenschlägen / Berweisung oder Gefängniß / nach gelegenheit der Verbrechen gestrafft werden soll. Quamquam enim manifestari hoc Reipublicæ interfit, pravus tamen animus revelantis rem efficit iniquam, arg. c. cum minister, 23. q. 5. & crimen contrahitur, si voluntas nocendi intercedat l. 1. C. ad l. Corn. de Sic. Secus, si animo publici commodi promovendi denunciatus oportuno loco Magistratui, accusatorem agat. Hinc quoq; in Statutis Vratislaviensibus patriæ meæ charissimæ, anno 1588 promulgatis art. 19. ita constitutum: Und wo jemandes den andern einiger Unthat oder Mißhandlung schuldig oder vordächig wirts / so sel er dasselbe entweder ordentlich er weise / auff das der beschuldigte / zu seiner Verantwortung kommen möge / fürnehmen / oder aber solches vns / oder vnsern Mitteln personen vormelden / damit auff gnugsame vormutunge / mit gebührlicher Inquisition verfahren werde. Non itaq; sufficit veritas criminis, sed necesse est, alia ex causa objici, quam contumeliæ gratia, ut est communior & verior opinio. Wesenb. D. de Injur. n. 8. & 9. Omphal. de civili polit. lib. 1. c. 104. n. 6. & 7. Soarez ibes. rec. sent. lit. I. n. 85. Gail lib. 2. obs. 99. Treutl. vol. 2. disp. 30. §. 5. lit. G. Först. lib. 4. disp. 20. §. 13. Georgius Schultze Synopsi Inst. lit. A. Porro sicut convicii veritas non excusat Injuriantem, ita quoque nec propter hanc causam, qui convicium dixit, vel criminis alienius quem accusavit, quod tamen probare haut potuit, hincq; actione Injuriarum conventus est, excusatur, quod nominare possit aliquem, à quo convicium hoc vel illud illi imputari audivit; eo ipso enim,

enim, dum propalavit Injuriam, eandem fecit suam *arg. l. un. C. de famosis libellis*. Colerus *dec. 161.* & qui accusare volunt, probationes habere debent *l. 4. C. de edendo*, atq; eam rem deferre in publicam notionem, quæ munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documentis, vel iudiciis ad probationem indubitatis & luce clarioribus expedita *l. 25. C. de probat.* Non autem tenetur actor, qui trahit aliquem in iudicium super tali facto, ex quo æstimatio lædi potest, veluti si dicat eum servum, vel debitorem magnæ quantitatis, si hoc non animo diffamandi facit, & appareat iusta causa litigandi (si enim hæc non appareat, tunc, quia animus injuriandi præsumitur, utiq; Injuriarum conveniri potest *l. 13. §. 3. l. 15. §. 29. D. de Injur.* nec non victus victori condemnatur in expensis *l. 13. §. 6. C. de Judicis*) etiam si quod objecit, non probaverit, (minus dubii est, si probaverit,) atq; succubuerit *per l. 2. §. 3. C. de calumn.* ubi dicitur: Non, si reus absolutus est, ex eo solo etiam accusator, qui potest justam habuisse veniendi ad crimen rationem, calumniator credendus est. Schneid. *ad §. 1. J. de Injur. n. 16.* Nec reus, qui objecit turpem exceptionem, vel contra testes, eos infames, usurarios, & alio modo turpes esse, exceptit, licet exceptionem illam probare nequiverit; quia non animum Injuriandi (nisi acturus eundem probet, Dn. Carpz. *p. 4. c. 42. defn. 7.*) habuisse, sed potius sui defendendi protegendæq; causæ suæ gratia ita excepisse censetur, quod consuetudine servari testatur Boërius, licet Salicetus contraferat, & post eum, aliosq; ab ipso allegatos Auctores, Joan. Schneidewinus *§. 1. l. de Injur. n. 17.* maxime si protestationem hanc adjecerit: se Injuriandi animo non ita excipere, Wesenb. *D. de Injur. n. 9. Gail lib. 2. obs 101 n. 6.* Id quod in criminalibus minimum habet dubitationis, cum ignoscendum sit ei, qui sanguinem suum qualiter qualiter redemptum voluit *l. 1. D. de bon. eorum qui ante sens. mort. sibi consc. l. 18. C. de transf. videatur* & Magnificus, atq; Excellentissimus Dn. Præses, *Ibes. Justin. velitar. 15. 6. 10. lit. A. & B.* Quæri etiam hic commodè potest: An cum Astrologo, qui consultus aliquem furem &c. dixit, qui non erat, Injuriam agi possit? id quod negat Jurisconsultus Ulpianus *in l. 15. §. 13. D. de Injur.* nec etenim animo Injuriandi ita respondisse censetur.

(d) i. e.

(d.) i.e. Cornutum, quemadmodum Janus Douza, Lepidatum, cui uxor erat parum pudica, *Lib. 2. Epigr. p. 31.*

Et caput, & princeps eum sis, Lepidane, malorum,
Fama virum narrat te tamen esse bonum.

Quamvis etenim verba illa propriim accepta quidvis potius, quam injuriosum aut contumeliosum aliquid spirent, nec temerè à propria significatione verborum recedi oporteat *l. 69. pr. D. de leg. 3. l. 7. §. 2. de supell. leg.* nihilominus quando verba illa in alia significatione, nec, ut laudetur quis, sed ut eidem macula quædam inuratur, usurpata fuisset, probari potest, proferens Injuriarum actioni subjugari potest *arg. d. l. 69. pr. & d. l. 7. §.* Simile de similibus Ironijs Judicium.

(e.) Quoniam scèdissimum est mentiri, dolum & calumniam arguens, *can. is autem 2. q. 2. l. 9 §. 1. D. de dolo.* Et hoc procedit, licet protestatus fuerit, vel antequam dixit, vel postea, solita formula: Salvo honore tuo, vel salva reverentia, vel salva venia, quia protestatio hæc facta contraria & ironica nihil relevat *arg. l. 21. pr. D. de acq. her. c. sollicitudinem §. 4. de appell. nihilq; novi tribuit protestanti, sed tantum, quantum habet, conservat, l. 4 §. 1. D. quib. mod. pign. vel hyp. solv. cum potentior sit actus conviciandi actu protestationis, Soarez *thes. rec. sent. litt. l. n. 77.* ubi Injuriarum actionem, non exinaniri dicit, quod qui Injuriam intulit, antea sit protestatus, se nolle Injuriam facere, adde & Treutl. *vol. 2. disp. 30. §. litt. G.* nisi prolata hæc verba à criminis injuriosè insimulato, in vim retorsionis, tunc namq; propter illa verborum: Tu mentiris, conveniri nequit, purgandi etenim se, non injuriandi animum habuisse censetur; cæterum, ferendus est, pudorem suum purgans, inquit Jurisconsultus *in l. 25. D. de proc.* Et sicut ad defensionem vitæ, (quippe quæ & fama æquiparantur *l. 9. pr. D. de man. vind. l. 8. §. 2. D. quod met. causa*) possessioisq; vim propulsare jure quimus, ita & ad defensionem honoris Injuriam, quod expressè affirmatur *in l. 3. D. de Just. & Jure.* quamvis hanc ipsam legem non de verbali quoq; Injuria multi accipiant, *l. 1. §. 27. D. de vi & vi arm. l. 1. C. unde vi.* Unde non ob stare liquet, quod, cum Retorsione illa: Tu mentiris, lædatur prius Injurians, nova Injuria, mendacij nimirum & calumniæ*

opprobrium inferri videatur; quia nimirum & in defensione vitæ
 jure permittente adversarius læditur, occiditur, verberatur, dejici-
 tur, Wesenb. *D. de Injur. n. 8.* Omphal. *de civili polit. lib. 1. c. 104. n. 13.*
 Gail lib. 2. *obs. 101.* Treutl. *vol. 1. disp. 18. §. 7. litt. B.* quorum veriori
 sententiæ meritò concordamus, spreta, quam Emanuel Soarez *theſ.*
rec. sent. litt. l. n. 73. 74. & 75. amplectitur, contraria, qui Injuria-
 rum actione sese obstringere, qui mendacium alii exprobrat, ta-
 met si & verè, & provocatus illum mentiri inquit, puniri tamen
 longè mitius, si mendacium probaverit, post alios ipsi allegatos sta-
 tuit; à quo & dissentit Magnificus Dn. Præses *d. velitat. §. 8. & §. 14. litt. G.*
 Quamvis autem Injurianti licitè quis dicere potest: Tu mentiris;
 non tamen exinde colligendum est, quod alia etiam injuriosa ver-
 ba illi objiciens excusetur, v. g. si quis ab altero latro vocatus, illum
 vicissim furem, vel etiam latronem appellaret; sed utriusque competit
 actio Injuriarum, ita ut se invicem possint accusare *l. 5. pr. D. de publ.*
Jud. l. 19. C. de his qui accus. non poss. canonisata in c. neganda 2. caus. 3.
quæst. ut conveniens ib. in pr. ext. de Jurjur. ubi Injuria fuit reciproca,
 & tamen non compensata. Ratio differentiæ ea est, quia Retor-
 sio hæc: Tu mentiris, tendit ad excludendum crimen objectum;
 alia verò injuriosa verba ad vindictam; quemadmodum non licet
 percusso percutientem repercutere, si hoc ad vindictam, non ad de-
 fensionem fiat. nemini siquidem licet propria auctoritate se ulcisci,
tot. tit. quando liceat unicuique, sine Judice se vindicare. Nec igitur hic
 locum habet illud: paria crimina compensatione mutua deleri, *c.*
fn. extr. de adult. & l. 39. D. sol. matr. Gail. lib. 2. *obs. 100.* Cæterum,
 Quid de Injurianti: Tu mentiris, ut fur, vel ut latro, dicente, di-
 cendum? Hic quia non ideò ut conviciatori crimen furti vel latro-
 cinii assertivè objiciat, sed quo mendacium exaggeret, illa verba
 protulisse censetur, non teneri Injuriarum videtur. Magnificus Dn.
 Præses *d. velitat. §. 14. litt. G.*

(f.) Vel calumniaris &c. Wesenb. *D. de Injur. n. 8.* Non au-
 tem per illa verba: Tu dicis falsum, infertur Injuria, quia nemo
 mentiens judicandus est, qui dicit falsum, quod putat verum: quo-
 niam, quantum in ipso est, non fallit ipse, sed fallitur; sicut econ-
 trario mentitur ille, qui dicit verum, quod putat falsum. *c. is autem*
4. caus. 22. quæst. 2.

(g.) l. 9. §. 4. l. 10. l. 15. §. 17. 20. & 22. D. de Injur. Consimilis Injuria est, quando quis seipsum, vel alium quempiam, virginem aut viduam, quampiam carnaliter cognovisse, alterumve cucurbitasse malitiosè atq; calumniosè gloriatur, c. *quam sit grave, ext. de excess. pralar.* Georgius Schultze *Synopsi Inst. lit. B.* Porro illud etiam hic quaeritur: quando quis dixit plura verba injuriosa, an sit una Injuria dicenda, vel plures? & illud quidem affirmatur, si & uno eodemque tempore locoq; & plura idem significantia verba protulerit; hoc verò, si vel diverso tempore locove, vel ad diversos effectus tendentia Schneid. §. 7. l. de Injur. n. 10. & seq.

Thef. VIII.

2. Scriptis, v. g. Si quis Spurius, luscus, claudus, aliove contumelioso nomine ludibrii causa in scripto appelletur, (a.) vel in famoso (b.) libello (c.) alicui crimen aliquod famosum, latrocinii, caedis, adulterii &c. obijciatur.

(a.) Quo casu in specie dicitur Injuria scripta, quæ à Libello famoso distinguitur, *Ordin. Crimin. art. 110. Wesenb. D. de Injur. n. 19. & ad Schneid. §. 1. J. de Injur. n. 1. litt. A.* Magnificus Dn. Præses d. *verlitt. §. 13. litt. A.*

(b.) Famose non ideò dicitur, quod verè inurat infamiam (quia hoc non efficit, sicut nulla alia verbalis Injuria, quemadmodum testatur decus eloquentiæ Tullius, *in orat. de arusp. resp.* Perditus, inquit, hominis profligatiq; maledictis, nullius gloria dignitasq; violatur. *Wesenb. D. de Injur. n. 18.* quanquam vulgus sapius opinetur, Injuriam passum infamia tamdiu laborare, donec ab eo Injuriarum conventus fuerit victus.) sed quod hoc agat, quantum in se est, Injuriarum. Hillig. *ad Donell. L. 15. c. 24. litt. D.*

(c.) Ideò sic vocato, quod quasi accuset aliquem criminis. Dicitur & Pasquillus, eò, quod olim Romæ ad truncam Pasquini cujusdam statuam ejusmodi famosæ chartæ affigi solebant. Hillig.

d. loco. seu ut alii volunt, à virulento Sartore Romano Pasquillo, Magnificus Dn. Præses *d. velim. §. 13. litt. A.* Sub quo famosi libelli nomine continentur & carmina, epigrammata, cantilenæ, historia, picturæ, &c. Treutl. *vol. 2. disp. 30. §. 5. litt. I.* Cæterum, poenam famosorum libellorum incurrunt non solum, qui scripsit, composuit, edidit, dolove malo fecit, quo quid eorum fieret, §. 1. *7. de Injur. l. 5. §. 9. D. eod.* verum etiam qui emendum, vendendumve curavit, *d. l. 5. §. 10. D. eod.* nec non qui reperit solum, & vim ejusdem manifestavit, *l. un. C. de fam. lib. c. qui in alterius caus. §. quæst. 1.* non autem cum quoq;, qui publicè affixos legit, putamus.

Thef. IX.

Omnis porrò Injuria aut atrox est, (vel contumeliosior. (a.)) aut levis, (b.) sive ut alii appellant, aut major aut minor. Atrox æstimatur velex facto (c.) vel ex loco (d.) vel ex persona (Injuriante pariter & Injuriata) (e.) vel ex subjectâ parte corporis (f.) vel ex tempore. (g.).

(a.) *l. 7. §. 7. D. de Injur.*

(b.) Hæc quænam sit, intelligitur, si cognitum fuerit, quænam sit atrox, *arg. pr. l. de his, qui sui vel al. Jur. sunt. pr. l. de tut. §. 3. J. de obl. qua ex del. nasc.* cum contrariorum eadem sit ratio.

(c.) veluti, si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus.

(d.) veluti, si cui in theatro, vel in foro, vel conspectu Prætoris, vel in templo Injuria facta sit.

(e.) veluti, si Magnifico Universitatis Rectori, Professore, Doctori, Equiti, Senatori, aliasve spectatæ auctoritatis Viro ab humili persona, magistratui à subdito, Parenti à Filio, Patrono à Liberto, Præceptorum à Discipulo, Libero à Servo Injuria facta sit.

(f.) veluti, si in oculo quis percussus fuerit. Etenim,

Non patitur ludum, fama, fides, oculus.

& oculi res adeò chara, ut indicaturi, à nobis aliquem efflictim diligenti

ligi, dicamus, nos illum plus oculis nostris amare. Sicut Bucha-
nanus ad Næram:

— — — Jam Neans
Vale; dum bona, dum pudica, nobis
Charis charior estimata ocellis.
At postquam es mala & impudica, nobis
Vili vilior estimata ceno.

(g.) veluti, si interdiu alicui Injuria facta sit. §. 3. 4. 7. 9. I. de In-
jur. l. 7. 8. 9. 15. §. 28. l. 17. §. 3. l. 31. 45. D. eod. l. 16. de Pen. l. un. C. de Ingr. lib. 1. l.
10. C. de Revoc. don. l. 5. C. de Accus. l. 4. C. de Injur. Wesenb. D. de Injur. n.
3. Gail. lib. 1. obs. 39. vide sis & in Constitutionibus Regni Sicilia lib. 1. tit.
30. ibiq; Andream de Isernia.

Thef. X.

Injuriam faciunt homines mentis com-
potes, doli capaces, & contumeliæ animo
quid facientes. (a.)

(a.) Non itaq; 1. Bruta animalia, quæ, cum sensu careant, &
pauperiem non Injuriam fecisse dicuntur. *pr. l. Si quadr. paup. fec.*
dic. l. 1. §. 3. D. eod. 2. Furiosi & mente capti l. 3. §. 1. D. de Injur. quorum
nulla voluntas est l. 40. D. de Reg. jur. l. 12. ad l. Corn. de Sic. l. 1. §. 3. de acq.
vel am. poss. 3. Infantes & Impuberes, qui doli capaces non sunt
d. l. 3. §. 1. D. de Injur. d. l. 12. ad l. Corn. de Sic. d. l. 1. §. 3. de acq. *vel am. poss.*
4. Dormientes, qui amentibus & furiosis æquiparantur c. 3. §. *item*
quaritur. de Baptismo. Clementina i. c. testamencum, distinct. 6. v. & d. l. 1.
§. 3. D. de acq. vel am. poss. modo expergiti non approbent, quæ protu-
lere fecere in somno. 5. Ebrii, qui scilicet primum non ex pro-
posito, & de Industria, sed potionis ignorata vi decepti, & nonnun-
quam invitati (sæpe etenim aliquis honestè non potest abstinere ab
ebrietate) inebriati fuerunt, quia ebrietas, quæ fit ex casu quodam,
& ignoratione etiam secundum Theologos, ut refert Gail mox alle-
gandus, est peccatum veniale, deinde si ita ebrii fuerunt, ut, quid
agant, non intelligant, quia non animum Injuriandi, sine quo nulla
fit Injuria, habere censentur, cum ebrietas mentis inducat exilium
cap. à crapula. de vita & bon. Cler. c. sanè, c. inebriaverunt 15. q. 1. propter
quam

quam causam ebrii Impuberibus, furiosis & mortuis comparantur
c. venter. 35. dist. 17. & d. c. sanè, Olem. disp. 35. §. 3. n. 10 Unde & homici-
 cidium per zalem ebrium commissum non puniri pœna ordinaria
 l. Cornelia de Sicariis testatur Gail. *lib. 2. obs. 110. v. & l. un. C. Si quis*
Imperatori maledixerit; ubi Imppp. Theod. Arcad. & Honor. eum,
 qui modestè nescius & pudoris ignarus, improbo petulantiq; ma-
 ledicto nomina eorumdem credidisset laceßenda, ac temulentia-
 turbulenti obtricator temporum illorum fuisset, pœnæ nolue-
 runt subjugari, neq; durum aliquid, nec asperum voluerunt susti-
 nere. & tandem si discussa vinolentia sobrios Injuriz illiatæ pœni-
 teat; cum & eos, qui per iracundiam (quæ multò minus hac in ma-
 teria excusat, quam vinolentia, Wesenb. *D. de Injur. n. 14.*) injurio-
 sa verba dixerunt, excusari propter animi commotionem, mox di-
 cemus, si postea sedato animo revocentur. Secus, si vel ex habitu,
 & consuetudine, scientes prudentesq; fuerint inebriati; vel ita fue-
 rint ebrii, ut rationis usus superaverit, quod Germanicè dicitur:
Einen Kausch haben; vel post discussam vinolentiam pœnitentia
 non accesserit. Quod itaq; Aristoteles *lib. 5. Ethic.* statuit; Ebrius
 duplici pœna est dignus; tunc verum est, cum intelligitur non de
 Ebrietate *Trunckenheit* sed Ebriositate, *Bertrunckenheit / Gemon-*
heit voll zu sein / hoc est habitu potandi, & immoderata adbibendi
 consuetudine, quæ reprobatur lege Publica Imperii in Comitibus
 Augustanis Anno 1500. 1530. & 1548. sub titul. de Comporatio-
 nibus *Bonjutricken* Gail. *lib. 2. obs. 110 n. 24.* Et hæc procedere
 putamus tam in atrocibus & realibus Injuriis, quam in levioribus
 & verbalibus, quamvis Wesenbecius *D. de Injur. n. 4.* dissentire vi-
 deatur, in realibus Injuriis, ebrium teneri statuens, cum illius pœ-
 nitentia non excuset Injuriam, aut tollat realem, puta verbera &
 vulnera illata, quibus pœnitentia neutiquam medeat; mitiga-
 ri tamen pro qualitate circumstantiarum pœnam. Etenim quam-
 vis verbera & vulnera per pœnitentiam post ebrietatem non tollan-
 tur, attamen quia non adest dolosus animus, pœnæ Injuriarum or-
 dinariæ illum non subjugandum censemus; sed propter culpam,
 quæ cum casu præcedit, excusare non solet *l. 27. §. 9. & 33. D. ad l.*
Aquil. ad retaliendum damnum compellendum. 6. Irati, quia
 propter animi commotionem lubricum linguæ in culpam deduci
 non

non debet; dummodò postea sedato animo fiat revocatio. Quic-
 quid enim calore iracundiæ dicitur, non prius ratum est, quam si
 perseverantia apparuit, iudicium animi fuisse. Ideoq; brevis rever-
 sa uxor, nec divertisse videtur, *l. 48. D. de Reg. Jur.* Wesenb. *D. de In-*
jur. n. 4. Omphal. *de Tripoli polit. lib. 1. c. 104. n. 11.* Gail *lib. 2. obs. 106. n. 8.*
 7. Parentes, 8. Patroni, adversus quos liberis atq; libertis Injuriarum
 non datur Judicium, nisi atrox sit Injuria, quam passi sunt *l. 7. §. 2.*
§. 3. D. de Injur. Quæ procedunt in liberis, qui non sunt in potesta-
 te. Illis namq; qui sunt in potestate, Injuriarum actio prorsus non
 competit, etiam si atrox Injuria fuerit, *d. §. 3.* Sed eosdem cogun-
 tur parentes emancipare. nam patria potestas in pietate debet, non
 atrocitate consistere *l. 5. D. de l. Pomp. de Parr. Schneid. §. 9. I. de In-*
jur. n. 3. -9. Domini *l. 2. D. de his qui sui vel al. Jur. sunt. 10.* Puni-
 entes Inos mercenarios, qui operas suas ipsis locaverunt *l. 11. §. 1. D.*
de pan. 11. Mariti coercentes extra sævitiam suas uxores, Goth. *ad*
Schneid. §. 2. I. de Injur. n. 8. lit. C. 12. Emendantes propinquos *l. un.*
C. de Emendatione propinquorum, Wesenb. *D. de Injur. n. 9.* 13. Magi-
 stratus, eorumq; Satellites, qui ex officio quid faciunt nocenti igno-
 miniosum *l. 33. D. de Injur.* secus, quando præter & supra officium,
 aliquem concutiunt, aut etiam contumeliose verbis onerant, quia
 nec Magistratibus licet aliquid Injuriousè facere, sed si quid per In-
 juriam fecerit Magistratus, vel quasi privatus, vel fiducia Magistrat-
 us, injuriarum potest conveniri *l. 32. D. de Injur.* Wesenb. *ib. n. 5. §. 9.*
 Contra Injurias tamen à Principe absolute illatas tribus tantum-
 modo hisce, precibus, supplicationibus, & fuga consulere sibi posse
 subditos notat antea laudatus Dn. Benedictus Carpov, *не по Кар-*
о́ваго ille Jurisconsultorum atq; Rex in verè regio ac egregio in Le-
 gem Regiam Germanorum Commentario *c. 14. sect. 2.* 14. Utentes
 Jure publico. Juris enim executio non habet Injuriam *l. 13. §. 1. D. de*
Injur. Wesenb. *ib. n. 9.* 15. Accusantes nocentem, cujus delictum pa-
 teteri Reipublicæ interest *l. 18. pr. D. de Injur.* Wesenb. *ib. d. n. 9.*
 16. Defendente sese, *supra d. 7. lit. C. §. E.* 17. Magistri, discipulos
 suos increpantes vel percutientes monendi & docendi causa *l. 5. §. 3.*
D. ad l. Aquil. l. 13. §. 4. Locati conducti. 18. Jocantes, *l. 3. §. 2. D. de oblig.*
l. 3. §. 3. l. 15. §. 23. de Injur. Wesenb. *ib. n. 8.* 19. Invidi, ut si aliquis
 defendendi sui causa lapidem in adversarium miserit, sed non eum,

sed prætereuntem percusserit *l. 45. §. 4. D. ad l. Aquil.* vel si aliquis cum seruo suo pugnum ducere vellet, in proximiorē stantem inuitus percusserit *l. 4. D. de Injur.* 20. Astrologi, consulti aliquem, furem &c. dicentes, qui non est *supra §. 7. litt. C.* & sexcenti alij, qui aliquid per se aliās Injuriosum absq; animo Injuriandi dicunt vel faciunt. Quibus quæquam nonnulli, inter quos est Treutlerus *Vol. 2. disp. 30. §. 6. litt. A.* socios addant Prodigos, cum furiosis æquiparentur, *l. 40. D. de Reg. Jur.* ideoq; nulla ejus voluntas sit, *ib.* attamen quia hoc tantum quoad bona fit, in quibus furiosum faciunt exitum *l. 11. §. 2. D. de tut. & curat. dat. jure,* ut existimamus, in contrariam inuis sententiam.

Thef. XI.

Non solum autem Injuriam facere dicuntur, qui aliquid contumeliæ causa dicunt vel faciunt, verum ii quoq; qui dolo faciunt, vel qui curant (a.) ut alicui Injuria ab altero fieret, (b) nec non qui minantur. (c.)

(d) i. e. qui mandant, (mandans dicitur sec. Bart. *in l. 11 §. 3. D. de Injur.* qui mandat delictum committi propter se ipsum, at satisfactionem suæ voluntatis, nulla data pecunia) vel conducunt, (conductor dicitur, qui illud facit data pecunia) aut persuadent, (persuasor dicitur, qui persuadet alteri propter ipsum, cui sit perit *fratris*) Schneid. *§. 11. l. de Injur.*

(b) Si tamen & Injuria fiat. Quo casu, tam qui mandavit, conduxit, persuasit, quam qui reipsa Injuriam fecit, tenentur in solidum. Quia qui facit per alium, est perinde, ac si faciat per se ipsum; nec mandatum alterius Injuriam tollit. Unde Advocator injuriosus verbo vel scriptis proferens, non excusatur, licet in clientis dixisse se aut scripsisse dicat. Non obstat, quod eas modi mandatum nullam producat obligationem, cum reitupris nullum mandatum sit *l. 6. §. 3. D. mand.* quia tum de iure non est obligatorium, si non eventus fuerit secutus, aliis si in actu mandatur, merito tenetur mandans ei, in cuius perniciem factum est.

est mandatum. *Vide de hifce §. 1. & 11. I. de Injur. l. 7 § 5. D. de Jurisd. l. 12. l. 3. §. 10 de vi & vi arm. l. 4. §. 1. de Inc. l. 5. §. 9. l. 11. pr. & §. 3. 4. 6. l. 15. §. 2. & 8. l. 17. §. 2. de Injur. l. 47. pr. l. 169. de Reg. Jur. c. qui facit 72. de R. l. in sexto Wefenb. D. de Injur. n. 45. 12. Olem. diff. 53. 8. 10. Da. Carpz. lib. 2. tit. 5. Resp. 62. Magnificus Dn. Præles d. veltat. 8. 9. litt. D. Cæcerum, queritur hic etiam primo, quid statuendum, si copret, mandatarium per se & absq; alterius mandato Injuriam facturum fuisse? Nos hoc casu mandantem leuiori pœnæ arbitrio Iudicis subijcimus per l. 11. §. 3. & 6. D. de Injur. in quibus §§. tum demum mandatorem Injuriarum teneri affirmatur, si mandata ejusdem facta sic alicui Injuria ab alias nolente. Si namq; mandataris Injuriam sua sponte, nullo etiam præcedente mandato facturus fuisset, injuriam illam mandato alterius factam esse, digendum vix videtur. Deinceps etiam queri solet, num filius & seruus mandato patris & domini alicui Injuriam inferentes excusentur. Et quanquam in leuioribus jussu patris excusetur l. 11. §. 4. l. 12. D. de his qui nos. inf. cum velle non credatur, qui obsequitur Imperio patris vel domini l. 4. D. de Reg. Jur. ibiq; Decius; non tamen & in grauioribus l. 20. D. de Oblig. ut est quælibet Injuria, Wefenb. D. de Injur. n. 5. Mitius tamen hoc casu puniri filium & seruum constat ex l. 8. C. ad l. Jul. de vi publ. Prætoris verò & Majoris præceptum excusare notat Goth. ad l. 13. §. 2. D. de Injur. litt. G.*

(c.) Quos utili Injuriarum actione teneri scribit Ulpianus lib. 77. ad Edictum in l. 15. §. 1. D. de Injur. Wefenb. ib. n. 7.

Thesis XII.

Et si plures Injuriam fecerint, omnes atq; singuli tenentur. (a.)

(a.) Tot enim Injuriz sunt, quot personæ Injuriam faciendum l. 9. D. de Jurisd. l. 15. §. 2. quod vi aut clam, l. 34. de Injur. Quia in delictis quisq; obligatur ex suo dolo in solidum Wefenb. D. de Injur. n. 5. l. 12. 13. Olem. diff. 35. §. 10. n. 16.

Thes. XIII.

Injuriam patiuntur homines liberi, (a.) & aut per semetipsos, aut per alias personas

(b.) si modo is qui fecit, in Injuriam illorum fecisse probari possit.

(a.) Non tantum presentes, verum absentes quoque. Proinde si quis ad domum tuam venerit te absente, convicium tibi factum esse dicitur. *l. 15. §. 7. D. de Injur.* Servis autem nulla Injuria fieri intelligitur §. 3. *F. de Injur.* tum quod Injuriarum agere non possunt, nec manumissi ob injuriam, quam in servitute passi sunt. *l. 30. pr. D. de Injur.* tum quia libertatem, dignitatem atque existimationem, quæ Injuriz imminuant (Unde Cic. *pro Cæcinn. ait.*, Actio nem Injuriarum dolorem imminuta libertatis mitigare, *Wesemb. § servis autem 3. l. de Injur. litt. H.*) non obtinent, cum servile caput nullum jus habeat §. 1. *D. de cap. min.* servis exæquantur quadrupes *l. 2. §. 2. D. ad l. Aquil.* morti servitus comparatur *l. 32. §. 6. D. de don. int. vir. & uxor. l. 59. §. 2. de cond. & dem. l. 209. de Reg. Jur.* Servi pro nullis habeantur *l. 32. D. eod.* punitur tamen, ne maleficia impunita maneant. *l. 2. D. de his qui sui vel al. Jur. sunt. l. 15. §. 35. D. de Injur.*

(b.) Et quidem r. per liberos suos, quos in potestate habent, §. 2. *l. de Injur. l. 1. §. 3. & 9. l. 41. D. eod. l. 2. C. eod.* quoniam filius & pater una atque eadem persona censentur, *Wesemb. d. §. 2. l. de Injur. litt. A.* & pene per filii corpus patet magis quam filius periclitatur, §. 7. *l. de nox. act. l. 8. §. 3. D. quod met. Wesemb. D. de Injur. n. 6.* ita ut non sint impediendi parentes, quo minus duobus judiciis & suam Injuriam persequantur & filiorum *h. 41. D. de Injur.* (quorum nomine quoque agere possunt, licet non in parentum illorum Injuriam ab aliquo quid dictum vel factum esse, probari potest.) Licet enim liberis actio Injuriarum competat, quia tamen illa per ipsos, ut in aliis causis, acquiritur parentibus, exercitium ejusdem actionis non ipsi liberi, sed patres eorum habent, adeo ut præferantur etiam liberis procuratores parentum; nisi ubi agitur ex *l. Cornelia*, quæ filiis competit; nam parentes tum solum proprio nomine prætoriam actione agunt *l. 5. §. 6. & 7. D. de Injur.* vel quando parentes non presentes sunt, neque procuratores quidam existunt, qui eorum nomine agant *l. 17. §. 10. & 12. D. de Injur.* aut quando presentes quidem sunt parentes, agere tamen non possunt propter furorem, vel quem

alium

alium casum demantia, quia hic parentes absentium loco sunt
d. l. 17. §. 11. Usq; ad eò autem Injuria, quæ sit liberis nostris, nostrum
 pudorem pertingit, ut etiam si volentibus iis fiat, nobis nostro no-
 mine competat Injuriarum actio, *l. 1. §. 5. D. de Injur. l. 26. eod.* Aliud
 pronuntiandum in emancipatis; tunc enim pro iisdem illata Inju-
 ria parentes agere non possunt, nec ex personis liberorum, quia
 non amplius eosdem habent in potestate, utpote, qui sui Juris effe-
 cti propriam familiam habent *l. 195. §. 2. D. de Verb. Sign.* nec nomine
 proprio, ex sua persona, quia hoc casu Injuriam illam ad existimatio-
 nem paternam spectare haut videntur, factæ quippe illis, qui non
 sunt illorum potestati subjecti; accedit, quod, sicut dictum, nec
 actio Injuriarum patri proprio nomine competat quando filius in
 potestate existens est affectus Injuria à credente eum esse patrem fa-
 milias, cum non sit, sicut verè est emancipatus; sed ipsi liberi agunt
l. 4. §. 4. D. de Collatione. l. 17. §. 4. & 22. de Injur. Et licet *gl. in §. 2. l. de
 Injur. in verb. patri,* contrarium teneat, prædictam tamen sententi-
 am esse veriore & communiore, quæ fundetur *in d. §. 2 in verb.
 potestate, & confirmetur per text. & gl. in d. l. 17. §. 22. D. eod.* scribit
 Schneidevvinus §. 2. *l. eod. n. 4.* Idem, quod hic de Emancipato,
 de filio naturali tantum ex iisdem rationibus concludendum *pr. l.
 de patr. pot.* Porro, sicut pater pro Injuria filii suis facta illorum
 quoq; nomine agere potest, ita & illorum nomine remittere Inju-
 riarum actionem poterat *l. 17. §. 12. D. de Injur.* ad eò ut nec filius po-
 testate patria liberatus eam resuscitare potuerit, nisi primò fuerit
 ejusmodi Injuria illata, pro qua actio ex lege Cornelia datur, cum
 hæc actio non patri, sed filio competat, quemadmodum supra dixi-
 mus, nec consensus requiratur paternus, ut filius agere possit; de-
 inde nisi Injuria filio facta per conjunctam personam, Goth. *ad
 Seneid. §. 1. de Injur. n. 8. lit. D.* & tertio nisi patris persona vilis abje-
 ctaq; fuerit, filii honesta, neq; enim debebat pater vilissimus filii sui
 contumeliam ad suam vilitatem metiri *l. 17. §. 13. D. de Injur.* quamvis
 filio semper honesta & sancta persona patris videri debeat *l. 9. D. de
 obseq.* Poterat autem, dixi, pater Injuriam filio illatam remittere;
 de jure etenim novo, invito filio, illud vix procedet ob *l. 6. & 8. C. de
 bon. qualib. Goth. d. l. Magnificus Dn. Præses d. velint. §. 11. lit. A.
 2.* Per uxorem, §. 2. & 3. *l. de Injur. lit. §. 3. & 9. l. 11. §. 7. l. 18. §. 2. D. eod.*

Omphal. de civili pot. lib. 1. c. 104. n. 9. quia uxor à viro dignitatem ac-
 cipit l. 9. C. de Inc. l. 13. C. de dign. Crisp. § 2. l. de Injur. l. 1. G. & quodam-
 modo in potestate mariti est, nec non quia è contrario is, qui facit
 honorem uxori, exhibet illum etiam marito, ut Bald. ex text. l. 1. C.
 de Injur. voc. notavit, allegatus è Senneidewino §. 2. l. de Injur. n. 9.
 Licet autem si uxori Injuria facta sit, maritus Injuriarum agere po-
 test, non tamen contra, & uxor, si viro: tamen quia defendi uxores à
 viris, non viros ab uxoribus, æquum est. § 2. l. de Injur. l. 2. D. cond. l. 18.
 C. de proc. tum quia feminæ ab omnibus officiis civilibus vel pu-
 blicis remotæ sunt l. 2. pr. D. de Reg. Jur. tum etiam, quia viri sibi ipsis
 bene sufficere possunt, iisque non parum foret ignominiosum, mu-
 liebri auxilio & protectione indigere; nisi ipsa pariter injuria fec-
 rit affecta, veluti, si alicui sit objectum, eum esse maritum meretricis,
 tunc enim mulier pro Injuria propria agit, hæc verba injuriosa
 principaliter objecta sunt marito. Schneid § 2. l. de Injur. n. 14. Cæ-
 terum, quod de Uxore, idem Juris est de Sponsa l. 4. D. de fundo dot.
 l. 15. de con. & dem. l. 15 §. 24 de Injur. add. Magnificum Dn. Jeremiam
 Reusnerum, Antecessorem hujus Academiæ nobilissimum, Patro-
 num atq; Promotorem meum omni observantia cultu: ætatem
 prosequendum, in ventilatiõne Successionis legitimæ, disp. 4. §. 3.
 3. Per Nurum, cujus vir adhuc in parentis potestate est, § 2. l. de
 Injur. quia parentis locum socer obtinet. l. 16. D. sol. matr. Unde in-
 fertur, ex una Injuria interdum tribus, quandoq; & quatuor oriri
 Injuriarum actionem d. §. 2. l. de Injur. l. 1. § 9. l. 8. §. 2. D. eod. ipsi uxori,
 seu familia familias nuptæ, ejus patri (licet enim nupta sit, tamen
 manet in patria potestate §. 2. l. de Sen. Ter. l. 5. C. de cond. inf.) mari-
 to itidem filiosa filias, ejusdemq; patri, & id quidem ita, ut non
 ullius actio per alium consumatur. Quod tamen non eo usq; ex-
 tendendum, ut & quando pater uxoris, qui in agendo concurrens
 cum socero præfertur, quia verus est pater, hic verò tantum loco
 parentis d. l. 16. D. sol. matr. nomine filix agit, socer ad agendum no-
 mine nurus (nam proprio nomine potest agere, quia, ut jam antea
 dictum, tunc unus non excludit alium, sed unusquisq; admittitur
 ad vindicandam Injuriam propriam) admittatur. Schneid. §. 2. l.
 de Injur. n. 12. ubi seq. n. 13. hic à Jure civili Saxonicum discrepare in-
 nuit, quo Jure der Kläger nach besteter Beweyr. dem beklagten die

Kl age

klage der massen gehöret muß/ wo ihn andere, ob dieser sachen ins
Recht stehen vnd beklagen wolten/ das er ihn muß vertreten/ *art. 14.
lib. 3. & art. 15 lib. 2.* annectens itaq; cautelam, ut simul omnium no-
mine actio Injuriarum proponatur. 4. Per Servum non tamen
iisdem modis, quibus etiam per liberos & uxores: sed ita, cum quid
atrocius commissum fuerit, veluti, si quis alienum servum atrociter
verberaverit. In eum itaq; qui servo convicium fecerit, vel pu-
gno eum percusserit: nulla actio domino competit §. 3. *I. de Injur.
l. 15. §. 34. D. eod.* Quæritur ergo hic primam, si communi servo In-
juria facta sit, (pro qua competere Injuriarum actionem omnibus
dominis plus quam manifestum est *l. 15. §. 49. D. de Injur.*) an pro ea
parte, qua dominus quisq; est, æstimatio Injurie fieri debeat, an ve-
rò ex dominorum persona? & posterius affirmatur in §. 4. *I. de Injur.*
quia ipsis dominis fit Injuria, *d. §. 4.* Cui quamvis *l. 16. D. eod.* ubi, non
esse æquum, pro majore parte, quam pro qua dominus est, damna-
tionem fieri, secundum Pedii sententiam, & idè officio Judicis
portiones æstimandas esse, dicitur, adeò multis visa fuit obitare,
ut nullo modo disidium illud conciliari posse existimaverint, tan-
tumq; non clara voce, Non Liqueat, exclamaverint, atramen, cum
nulla in toto nostro Juris corpore Antinomia aliquem sibi vindicet
locum, è contrariis variaz ab aliis proferuntur conciliationes. Qui-
dam etenim ad tollendum hanc Antinomiam textum corrigend-
um esse censent. Nonnulli arbitrantur dictæ legis 16, illum, es-
se sententiam, quod singulis dominis non in solidum actio, sed pro par-
te sit danda, æstimatio verò ex persona dominorum, facienda, hoc,
que satis evincere posse ex lege hac extrema, ubi officio Judicis, por-
tiones æstimandas esse asseritur. Alii existimant, dictam legem
16, intelligi, quando servo communi simpliciter respectu sui ipsius
Injuria illata est; dictum §. 4, autem, quando in contumeliam do-
minorum. Alii putant, in dicta lege 16, præsupponi patrem & simi-
lem Dominorum personam & conditionem, quod v. e. interq; sit
nobilis, vel ignobilis: in dicto §. 4, autem sit patrem & dissimilem.
Alii volunt, Pedii sententiam Justiniano esse rejectam. Alii de-
niq; dicunt, Justinianum in dicto §. 4, tantum loqui de Injuria
communi servo facta æstimanda, quod nempe debeat ex domini-
sum persona æstimari; Jurisconsultum verò in dicta l. 16, de Inju-
ria illa

ria illa jam æstimata, quod scilicet æquum sit, ut ex ea nemo dominorum plus consequatur, quam alter. Quorum postremis hæc vice, salvo aliorum iudicio, calculum adicere placet, quantumvis nec in quarta classe constitutorum sententiam proflus rejiciendum esse, arbitremur. v. Pac. d. §. 4. l. de Injur. l. i. C. Olem. disp. 35. §. 16. Schneid. d. §. 4. &c. Deinde quaeritur, si usufructus in seruo Titii est, proprietas Marci, cui per illum seruum Injuria fieri intelligatur? de qua quaestione videatur §. 5. l. de Injur. l. 15. §. 47 & 48. D. eod. Post, si libero homini, qui tibi bona fide servit, Injuria facta sit? de quo vide §. 6. l. de Injur. d. l. 15. §. 48. D. eod. Quarto, si seruo alieno bona fide tibi serviens? ad quod idem dd. §. 8. responderet. Præterea etiam hic opportunè quaeritur, an hodie sublata inter Christianos veteri servitute propter Injuriam famulis, ancillis, mercenariisve illatam illis, quibus serviunt, actio Injuriarum competere possit? & responderetur ab Andrea de Isernia in Const. Regni Sic. lib. 1. tit. 36. p. 56. n. 40. Wesenb. D. de Injur. n. 6. Goth. §. 6. l. de Injur. Schneid. ib. Georgio Schulgeni Synopsi Inst. eod. tit. litt. H. aliisque; quod sic. Idemq; obviare de Jure Saxonico per text. expressum in Landb. lib. 2. art. 34. ut nempe Injuriam infelens famulo alterius tam domino, quam famulo emendam præstare teneatur, nisi suo juramento confirmet, se in domini contumeliam id non fecisse. 5. Deinceps etiam alicui fit Injuria per Procuratorem. 6. Per Subditum. 7. Per Vasallum. 8. Per Monachum. 9. Per Civem. 10. Per Discipulum. 11. Per Legatum &c. de quibus omnibus plura desiderantem lectorem brevitati studens, ad proximè allegatos DD. & Andream Gail lib. 1. obs. 125. n. 4. & 5. ab ipsisq; citatos remitto. Non autem patimur Injuriam per fratrem, vel aliam conjunctam personam.

Thef. XIV.

Porro, quotiens funeri testatoris, vel cadaveri fit Injuria, heredi quodammodo fieri censetur. (a.)

(a.) videatur l. 1. §. 6. D. de Inj. l. 8. pr. de rel. & sumi. fun.

Thef.

Thef. XV.

Nulla autem Injuria in volentem fit, & consentientem. (a.)

(a.) l. i. §. 1. d. 26. D. de Injur. tunc namq; demum Injuria fieri intelligitur, cum tam eandem patientis, quam facientis affectus concurrunt, quemadmodum *supra* d. 4. litt. D. diximus, nisi sit furiosus, vel Impubes, quos pati Injuriam solere, constat *ex l. 3. §. 1. D. de Injur.*

Thef. XVI.

De omni porrò Injuria (a.) is, qui passus est, potest vel (b.) criminaliter (c.) vel civiliter (d.) agere. (e.) quo posteriori modo agendi etiam agens (f.) ad palinodiam (g.) uti dicitur, (h.)

(a.) Sicut de Furto l. 3. D. de privat. del. l. 92. de Furt.

(b.) Quorum actionum unâ electâ, altera tollitur, quia utraq; actio ad pœnam & vindictam comparata est, quemadmodum cum plures actiones pro re familiari prosequenda competunt, altera alteram consumit. Licet autem jam actor egerit Injuriarum civiliter vel criminaliter ad pœnam carceris vel relegationis (secus, si ad fustigationis, majoremq; pœnam) nihilominus poterit & ad damnum ac interese agere, nisi, quod est in actoris electione, perierit etiam affirmationem damni in ipsa Injuriarum actione, & contra. Cum enim ambæ hæ actiones non tendant ad vindictam, sed una sit persecutoria rei familiaris, altera pœnalis, per electionem una non tollitur per aliam l. 5. §. 1. D. ad l. aquil. l. 34. de obligat. l. 6. in fin. l. 7. §. 1. l. 15. §. 46. de Injur. l. un. C. quando civilis actio criminali præjudicet. Et unusq; ab eodem exerceri possit. De actione quoque civili ad Palinodiam tenendum, quod cumulari possit cum actione Injuriarum criminali, ita ut injuriatus simul ad palinodiam & pœnam arbitrariam agat; cum civili non item; cum utraque tendat ad idem & privatum interese, & injuriato

ejusq; famæ & existimationi, aut per recantationem, aut per æstimationem factis consultum sit. B. Dn. Reinhardus Rosa, Vir ille ferè incomparabilis, & de quo merito ac jure Clarissimus Dn. Christophorus Colerus, Præceptor atq; Factor meus omni observantia atq; honore cultus-colendus sequens hoc distichon eruditè protulit:

Quantum inter flores Rosa, cum Regina, superbit;
Tantum præ reliquis eminet ille Virus.

in addit. ad Daniel. Moller. const. 45. p. 4. lit. A. n. 5. sub fin. Magnificus Dn. Præses d. velit. §. 12. litt. G. & D.

(c.) ad pœnam pecuniariam applicandam fisco, vel gazophylacio pauperû Schneid. §. 12. l. de Injur. n. 11. vel ad aliã extraordinariam officio Judicis reo irrogandã §. 10. l. de Inj. Matt Coler. decis. 108, n. 18. quam posteriorem solam & quidem corporis afflictivam Jure Saxonicò criminalis actio intendit per text. Landrecht lib. 1. art. 52. vers. vnd vmb alle Schuld art. 68. vers. vmb welcher Schuld lib. 3. art. 32. sub fin. qui cum velit in omnibus actionibus in quibus pœna litiganti datur, etiam Judici multam persolvendam esse, sequitur necessariò, illam actionem, in quã Judici multa applicatur, non posse dici criminalem, aliàs enim una eademq; actio esset ex parte criminalis, & ex parte civilis, quod absurdum est dicere, cum una eademq; res non possit diversò jure censerì l. 23. pr. D. de Usurp. & Usuc. Et comprobat Glos. Weichb. art. 17. §. Ihr sollt wissen / vers. Ist aber die Sache peinlich / das ist / das sie Pein fordert an dem Leib / oder an den Gliedern / an Haut oder an Haar. Wesenb. D. de privat. del. n. 4. Matth. Colerus decis. 22. n. 2. & seqq. Georg. Schultze Synopsi Inst. de Injur. litt. F. Magnificus Dn. Præses d. velit. §. 12. litt. B.

(d.) Ad pœnam pecuniariam sibi applicandam, æstimationem Injuriz faciendo, & postquam eam æstimationem Judex taxaverit, illiq; detulerit Juramentum, in quantum super taxatione ista facta existimat, jurando §. 7. & 10. l. de Injur. l. 17. §. 12. l. 37. §. 1. D. rod. ex quo §. n. quidam ne rectè colligunt, in actione civili ex l. Cornelia Judici Injuriam æstimari, cum potius illius §. sensus sit, quod Judex æstimationem factam ab actore moderetur & taxet, prout ei visum fuerit ex circumstantiis. Schneid. §. 17. l. de Injur. n. 4. & 6. Wesenb. D. de Injur. n. 14. & seq. Gail lib. 22. tit. f. 102. Olem. disp. 35. §. 22. Cujusmodi terè processum in expensis observa-

ri, ex

rix & s. j. unta aubent seq. C. de Judiciis refert Schneid. d. §. 7. n. 5. Non solum itaq; hoc modo actionem Injuriarum prætoriam, sed & civilem (quæ actiones, ut inter se differant, & in quibus conveniant vide apud Schneid. §. 8. d. tit. n. 1. & 4.) ex lege Cornelia, quæ competit ei, qui Injuriarum agere volet ob eam rem, quod se pulsatum, verberatumque, vel domum suam (quam accipimus, sive in propria domo quis habitet, sive in conductâ, sive gratis, sive hospitio receptus sit, §. 8. l. de Injur. l. 5. §. 2. D. eod. gl. Jur. Sax. in art. 66. lib. 2. Landrecht) ubi dicitur: *Der Mieter genisset auch des Friedes in seinen gemieten Vier Wfelen.* Quid si quis in villa habitet, vel in hortis? idem erit probandum l. 5. §. 3. D. eod. Schneid. §. 8. l. eod. n. 9. ibiq; Goth. lit. G.) vi introitam esse dicat §. 8. l. eod. l. 5. pr. D. eod. moveri posse, ait Jurisconsultus Marcianus libro 14. Institutionum in l. 37. §. 1. D. d. tit. Unde liquet, hic actionem civilem non à causa efficiente opponi prætoriz, sed à modo agendi, criminali actioni. De ipso Libello, in hoc formando sequentia est observandum. 1. Sicut in omni alio, ita & Injuriarum libello primo factum narrandum, deinceps causa seu medium concludendi ponendum, & tandem apta ex superioribus resultans Conclusio annectenda; exemplo Syllogismi Dialectici consistentis ex Majore, Minore, & Conclusionc. 2. Tam actoris, quam rei status atq; dignitas exprimenda. 3. Si pluribus Injuria facta, omnium nomine actio Injuriarum proponenda v. §. 13. lit. B. 4. Certum genus Injuriz proferendum. 5. Non dicendum in Injuriis verbalibus, quod reus actoris honorem & nomen verbis injuriosis gravissimè & atrocissimè læserit ac conspiraverit (quo scilicet restituitur honor) sed quod hoc facere conatus fuerit (quo idem integrè conservetur) *Bestagter habe Klägern an seinen Ehren zum höchsten injuriret vnd beleidigert sed; Er habe sich solches so viel an ihm zu thun vnterstanden* idq; propterea, quod nulla Injuria infamiam inurat v. §. 8. lit. B. 6. Si verbum per se non est Injuriousum, vel indifferens, animo Injuriandi illud ipsum reo prolatum esse, probandum v. §. 4. lit. B. 7. Si alicui plures Injuriz factæ, puta turba vel cœru facta domus alicujus introita, & hoc facta effectum fuerit, ut simul & convicium patiatur & verberetur, Injuriz conjungendæ; postulante scilicet reo. quo casu tamen ex qualibet Injuria sequitur condemnationatio, perinde ac si in diversis libellis proponerentur. Si enim

reus non postulaverit, tunc Injuriatus potest unam persequi, & postea, si voluerit, aliam. 8. Locus, ubi Injuria facta, inserendus. 9. Tempus, annus nempe, mensis, & si accusatus id exigat, dies adjicienda. Et hæc idem, quia primò Actio Injuriarum est famosa, deinde, quoniam ex istis circumstantiis poenæ augent & minuunt. 10. Injuria æstimanda, vel simpliciter: se illatam Injuriam e.g. 100 florenis æstimare; vel sese referendo ad damnum: se male 100. florenis carere, quam illam Injuriam pati; vel ad lucrum: se velle potius toridem florenos non accipere, quam talem Injuriam subire. 11. Si quis passus fuerit plures Injurias, aut unaquæq; specificè & sigillatim, aut omnes simul æstimandæ. Utrumque enim actor pro lubito facere potest. Unde & hoc casu Judex reum condemnare potest vel pro omnibus Injuriis in 100. vel pro una in 50. pro altera in 30. pro tertia in 20. 12. Si criminaliter agitur, petendum, ut pro qualitate & atrocitate delicti Judex reo vel poenam corporalem, vel pecuniariam fisco vel gazophylacio pauperum applicandam imponat. 13. In hac actione criminali ad palinodiam quoq; agi potest *v. h. h. 16. litt. B.* 14. Et ab inimico suo cautio exigi, ut ne offendant in posterum. 15. Vel damnum peti *v. d. litt. B. & c. l. 7. pr. D. de Injur. l. 1. §. 1. qua sent. sine app. ref. Soarez ibes. rec. sent. litt. l. n. 78. Gail lib. 1. obs. 64. Wefenb. D. de Injur. n. 14. Schneid. l. eod. ubi in titulo hoc extremo formam libelli pleraq; supra dicta continentis proposuit, propter quod non ullum laborem in hac re consumere hic necesse, arbitror, habeo, adde eundem Schneid. §. 1. 1. de Actionibus.*

(e.) Injuriarum, aut ex famoso libello, lege unica C. de famosis libellis, qua in actione non solet palinodia injungi Dn. Carpov. *Pr. Crimin. p. 2. q. 98. n. 45. & seqq.* Magnificus Dn. Prales *d. velut. §. 13. litt. B.*

(f.) Quæ actio ad palinodiam, vulgò Recantatoria, seu Reclamatoria, vel Revocatoria, dicta Jure Justiniano incognita, moribus introducta, & confirmata in *Ordin. Cam. part. 2. tit. 28. §. 2. Und sonderslich setzen & c. vers. Doch sollen die Sachen Injuriarum, in denen auffwiederuff getragt & c. & Const. Elect. 42. part. 4. §. Nach dem wir denn in sin. vers. Einen offentlihen wiederuff für Gericht zu thun. Georg. Schultze Synopsi Inst. de Injur. litt. F. & datur adversus quemcunq; Injuriantem, etiam nobilem, clericum, ob generalitatem d. constit.*

confit. 42. ibi, Daß ein jeglicher/ Wer der auch were Dn. Carpov, Pr. Crim. p. 2. q. 96. n. 12. & 19. cum seqq. Magnificus Dn. Praeses d. velit. §. 12. lit. A.

(g.) *Quæ tamen si canenda, in sententia reclamatoria expressè solet fieri honoris reservatio, Daß beklagter/ jedoch ohne Verlesung seiner Ehren/ Klägern einen Widerruf zu thun schuldig sey. Welenb. D. de Injur. n. 18. Quid autem si recantare Injurias reus nolit? tunc illi primum aliquot septimanarum carcere, post duriore, addita comminatione relegationis & recantationis à Liçtore ipsius nomine faciendæ, puniri, quibus nihil territus si contumaciter recuset, Liçtorem ejus nomine, ipso præsentè recantare, & contumacem relegatione puniri, scribit Dn. Carpov. Pr. Crimin. p. 2. q. 94. n. 21. & seqq. & secundum eum Magnificus Dn. Praeses d. velit. §. 12. lit. A. Notandum, sæpe numero ejusmodi Revocationem in deprecationem, Eine Christliche Abbitte oder Erklärung/ commutari solere. Magnificus Dn. Praeses d. l.*

(b.) Idq; obsequentes rationes. 1. quia neq; pœna corpori irroganda, neq; quicquam fisco applicandum hac actione petitur, neq; ad vindictam publicam agitur. 2. sed pars agens sibi aliquid applicari petit, scilicet restitutionem famæ læsæ. 3. Quoniam procurator admittitur *arg. l. 13. §. 1. D. de publ. Jud.* 4. In Imperiali Camera teste Gail *lib. 1. obs. 65. n. 5.* recipiuntur quotidie libelli Injuriarum ad Reclamationem concludentes, qui recipi & admitti non possent, si criminale Judicium esset; cum vigore Ordinationis, nullà causâ criminalis (excepta fracta pœce) ibi agitari possit aut debeat. 5. de consuetudine Germaniæ in criminalibus appellatio non recipitur *Ordin. Cam. p. 2. l. 28. §. Item, Nach dem; admittitur tamen, in reclamatoria, lb. §. Und sonderlich/ vers doch sollent.* 6. denique, quia actio ad Palinodiam cumulari potest cum actione Injuriarum criminali, ut proxime dictum, quod fieri vix posse criminalis esset, quoniam nemo duabus pœnis affligendus Welenb. *D. de Injur. n. 18. Gail. d. obs. 65. Forst. Justin. tractat. lib. 4. disp. 20. extrema.* ubi hanc sententiam, quod actio ad palinodiam sit civilis, etiam in Collegio hoc Juridico Wittebergenh servari scribit; Georg. Schultze *Synopsi Inst. de Injur. lit. F. Magnificus Dn. Praeses d. velit. §. 12. lit. B.* Dissentientium itaq; sententia tunc demum procedit; quando ex statuta-

rio Jure, vel consuetudine, cum recantatione est conjuncta pœna
carceris vel relegationis, Georg. Schultze *d. l.*

Thef. XVII.

Et quidem in hac civili actione semper
tam à parte rei, quam agentis procurator.
(a.) intervenire potest, in criminali tum de-
mum, si sit vir illustris (b.) vel qui super eum
est, cujus est procurator, aliàs non item. (c.)

(a.) Sive ei specialiter mandata sit procuratio actionis Inju-
riarum, sive id non fuerit factum. quia sufficit eum esse, cui omni-
um rerum administratio mandata est. *l. 17. §. 16. D. de Injur.*

(b.) In quem tamen fertur sententia. Unde sequitur caute-
lam de constituendo procuratore tunc locum non habere *l. 11. C. de
Injur. Schneid. §. 10. l. cod. n. 10.*

(c.) Sicut in criminalibus Judiciis publicis, quia pœna supra
relegationem decerni potest. *§. 10. l. de Injur. l. 42. §. 1. D. de proc. l. 11. §. 2.
de Injur. l. 13. §. 1. de pub. Jud. l. 1. an per al. l. 11. C. de Injur. l. 17. C. de Accus. c.
sua §. ext. de procur. c. veniens 15. extr. de accusat.* Jure Saxonico de hoc
casu diversæ sunt opiniones. Quidam existimant procuratorem
indistinctè admitti, cum jure illo quilibet Injuria habeat certam
æstimationem pecuniariam, puta triginta solidos, vel dimidium
Wergeldum. Quibus alii concordant, affirmantes, hodie quidem
in Electoratu Saxonix prædictam pœnam pecuniariam *per const. 42.
p. 4.* esse abrogatam, & in aliam pœnam arbitrariam mutatam, quia
tamen in Novella Electorali vetus Judiciorum mos quoad procu-
ratorum constitutionem non expresse sublatus reperitur, & ejus-
modi constitutiones novæ strictim accipiendæ sint, adeò, ut neces-
sariò exiis consequentia contra jus vetus admittenda non sit, nisi
nominatim exprimat, procuratorem non repelli. Alii, quorum
opinionem & nos amplectimur, statuunt, hodie in Electoris Saxo-
nix ditionibus procuratorem admitti, nisi pœna relegatione gra-
vior infligenda veniat, secundum quam distinctionem in Dicastre-
tio Wittebergeni Anno 1584. die 19. Septembr. conclusum fuit.

Schneid

Schneid. § 10. I. de Injur. n. 12. ibiq; Wesenb. lrr. L. Idem Wesenb. D. de Injur. n. 16. & 18. Colerus de ris. 1. 41. n. 6. Georg. Schultæ Synopsi Inst. lrr. 6. Magnificus Dn. Præles d. velitar. 9. r. lrr. E.

Thef. XVIII.

Judici verò in actione Injuriarum semper studendum (a.) ut dissidentes partes redigantur ad pacem & concordiam, etiamsi criminaliter agatur. (b)

(a.) Cogi siquidem Judici, vel totius provincie gubernatori Injurias remittere, ac pacem facere neminem posse, receptam esse sententiam refert Emanuel Soarez thes. rec. sent. lrr. 1. n. 82.

(b.) *studendum* 7. dist. 90. l. 13. §. 3. D. de Usufr. Schneid. § 12. J. de Injur. n. 3. Illud hic etiam de persona Judicis in quaestionem venit; Si Magistratui Injuria facta, cui competat cognitio? hoc est, An ipse Magistratus injuriatus partes Judicis agere possit? ad quod responderetur distinguendo. Aut illata est Injuria Magistratui, ut Magistratui, aut facta est ipsi, ut privato. Priori casu, ut in negotio alieno, puta Reipublicæ ipse Magistratus procedere & judicare potest, cum ista Injuria ipsi Reipublicæ vel dignitati facta esse intelligatur, c. Romana de penis in 6to. Posteriori Injuriam istam propria auctoritate vindicare nequit, sed ad superiorem remittit, cum nemo sibi ipse jus dicere possit. l. 10. D. de Jurisd. l. 3. quod met. causa. 2. l. 14. C. de Judic. l. un. C. ne quis in sua causa judicet, vel jus sibi dicat. c. nullus unquam i. caus. 4. quest. 4. c. inter querelas 27. caus. 23. q. 4. Quod idem obtinet, si Injuria illata (heer ut Magistratui) non sit evidens, sed altiore probationem requirit. De qua quaestione plura videri possunt apud Gail lib. 1. obs. 39. & Georg. Schultæ Synopsi Inst. de Injur. lrr. c.

Thef. XIX.

Hæ verò Injuriarum (a.) Actiones uti nascuntur, ita & variis modis Patientia (b.) Dissimula-

simulatione (c) Pacto (d.) Transactione (e.)
Jurejurando (f.) Satisfactione (g.) Retorsio-
ne (h.) Compensatione (i.) Præscriptione (k.)
Morte (l.) non item cessione (m.) tollun-
tur. (n.)

(a.) Quæmadmodum & aliæ Actiones ex Contractibus & Delictis descendentes.

(b.) Si nempe quis Injuriam passus statim ad animum suum non revocaverit, id est, ut Theophilus interpretatur, non indignatus sit, neq; ut rem indignam iniquo animo & graviter rulerit, nec enim ad hoc, ut competat actio Injuriarum, necesse est, Injuriarum dicere: Revoco ad animum; sed sufficit, si Injuriatus ostendat, se iratum, nec faciat aliquos actus, ex quibus colligi possit Injuria remissa, itaq; tacitè Injuriam ad animum revocet, cum animum ulciscendi ostendere non semper commodum, sæpe etiam non tutum sit: atq; ex ipso actu, quo fit contumelia, & non ex talibus verbis actio Injuriarum oritur. Ratio cur hoc modo actio Injuriarum tollatur, vel potius non nascatur, est, tum quia volenti non fiat Injuria, *de quo vide §. 15. supra*, tum quia unicuique licet contemnere hæc, quæ pro se introducta sunt. *l. 41. D. de min. l. 29. C. de pact.* Ad eò autem hoc modo hujus Injuriarum actionis natiuitas impeditur, ut etsi quis ex intervallo Injuriam ad animum revocaverit, tamen nihil faciat, quia, ut mox sequetur, actionem Injuriarum semel sublata amplius quis recolare non potest; nisi absenti & ignoranti fuerit Injuria illata, quo casu sufficit, si à tempore scientiæ ad animum revocetur. *§. 12. l. de Injur. l. 11. §. 1. D. eod. Omphal. de civili. polie. lib. 1. c. 104. n. 14.*

(c.) Quando e. g. post Injuriam factam Injuriatus ridet, ludit, bibit, vel comedit cum Injuriante motu proprio (secus enim, cum non sponte, sed ex quadam honestatis necessitate hoc facit, ut si ambo sint invitati ad convivium, & positi ad unam mensam, Quo casu solent aulici pocula Injuriantis jure aulico accipere, *Auff Hoffrecht*/ hoc est, citra præjudicium Injuriæ. Unde ubi statæ
illæ

illæ formulæ: *Jch warts auff Hoffrecht / Jch bring dirß auff Hoffrecht / Gail de Arrestis Imperij c. 14 n. 9. Georg. Schultze Synopsi Inst. de Injur. litt. K.*) Item, quando confabulat *v. c. nec aliqua 4. caus. 27. quest. 1. osculatur Injuriantem, utpote quod osculum indicium est charitatis, amicitia, & consensus, de quo vide Goth ad l. 16. C de don. ante nupt. litt. B.* Item quando dat Injurianti dexteram, testem fidei, & pignus pacis; amice scribit, salutat ipsum, salutatio enim est signum amoris & reconciliationis, quemadmodum illius consuetæ omisio, inimicitiarum indicium, *v. 24. q. 1. c. emris.* Item, quando eidem qua in re servit, *v. gl. Landrecht lib. 3. art. 31. Soarez ibes. rec. sent. litt. I. n. 84. Schneid. §. 12. l. de Injur. n. 3. & 4. Georg. Schultze Synopsi Inst. eod. d. litt. K.* Ratio, cur ejusmodi familiaribus atq; amicabilibus actionibus, Injuriarum actio pereat, hæc dari potest, quia, ut ait Cicero *pro C. acim. (quem locum & supra citavimus in b. 13. litt. A.)* citantibus *Wesensb. ad §. Servis autem 3. l. de Injur. litt. H. & Crisp. ad §. 12. b. tit. eadem litt. H.* actio Injuriarum non jus possessionis adsequitur, sed dolorem imminutæ libertatis iudicio poenæq; mitigat. Et licet quidam arbitrantur, dictis actionibus Injuriarum actionem nullatenus extingvi, si antea Injuria fuerit revocata ad animum, tamen, quia hæc reconciliationis signa animum mitigatum, mutatumq; esse declarant, illorum opinio neutiquam probanda. *Wesensb. D. de Injur. n. 13. ubi ab eodem adjuvante: ejusmodi remissionem magis civilem actionem tollere videri, quam criminalem, modestè dissentimus. id tamen concedentes, quod Magistratus Injuriantem ex officio coercere possit. Magnificus Dn. Præses d. velint. §. 14 litt. G.*

(d.) *l. 17. §. 1. l. 27. §. 2. D. de pact. l. 4. §. 5. de hi qui not. infl. l. 1. §. 1. de Injur.* Quanquam autem post admissam Injuriam pacisci quis possit, illud tamen pactum, ne agat, si facta fuerit Injuria, non est observandum; turpem enim causam continet; & expedit timere Injuriarum poenam *d. l. 27. §. 4. D. de pact.*

(e.) *d. l. 11. §. 1. D. de Injur.*

(f.) *d. l. 11. §. 1.*

(g.) Cum nimirum solvitur, quod Injuriae nomine peti poterat. Qui enim accepit satisfactionem, Injuriam suam remisit *l. 17. §. 6. D. de Injur.*

(b.) Quæ species defensionis est in Injuriis verbalibus, Magnificus Dn. Præses d. velint. §. 14. lit. G. repet. Et dissertationis hujus §. 7. lit. E.

(i.) non tamen semper. Magnificus Dn. Præses d. l. repet. d. lit. E.

(k.) Actio quidem Injuriarum & verbalium, scriptarum quoque, & realium ex Jure prætorio descendens anno l. 5. C. de Injur. (nam actiones, quæ ex propria prætoris Jurisdictione pendunt, plerumq; intra annum vivunt, cum & ipsius prætoris, intra annum erat Imperium pr. l. de perp. Et temp. act. l. 35. l. de obl. Et act.) & quidem utili, non continuo l. 14 §. 2. D. quod met. caus. nec statim à tempore illatæ Injuriz, sed scientiz senioris, non nudè tantum ab Injuriato allegandæ, sed vel aliis modis, vel juramento probandæ, currente; (quia in omni præscriptione, quæ ex negligentia alicujus currit, necesse est, ut initio ponantur eæ, quæ negligentiam inducunt l. 1. §. 2. C. de Ann. Exc.) Actio verò ex lege Cornelia de pulsatione, verberatione, aut introitu in domum alienam proficiscens, & Revocatoria, consuetudine, quam constat Juris civilis esse speciem l. 32. §. 1. D. de Legib. Introducta, præfertim, cum ipsa illa actio sit rei persecutoria, ad honoris videlicet conservationem simpliciter tendens, nec non famosi libelli (non tantum contra auctorem, ejusdem, verum etiam pro palatorem) ex Constitutione principali proveniens, qualem actionem etiam civilem esse, non dubitatur, 30. annorum spacio, arg. pr. l. de perp. Et temp. act. Et l. 3. C. de præscr. 30. an. Nec quicquam contra hanc nostram assertionem facit, quod scriptura perpetuò duret ac loquatur, eoq; semper Injuria fieri intelligatur. Et si enim hæc duret, tamen potest animus & voluntas Injuriandi, à quo Injuria æstimatur, non durare, cum mutabilis ac ambulatoria sit hominis voluntas l. 32. §. 3. D. de don. int. vir. Et uxor. l. 4. de adim. leg. nec 2. quod in d. l. 5. C. de Injur. simpliciter, Injuriarum actionem annuo tempore præscriptam esse, dicatur, & quoties in Jure nostro simpliciter annus conceditur, accipi debeat, qui ex continuis diebus trecentis sexaginta quinque constet, arg. l. 4. §. 5. D. de Sæcul. quoniam hæc ratio non est perpetua, sed fallit, quemadmodum in hac quæstione. nec 3. illa dictæ l. 5. C. de Injur. verba: Ex eod. die annus excessit; unde colligi posse quidam arbitrantur, quod statim à die illatæ Injuriz, & non demum à tempore scientiz annus currat; cum in d. l. 5. non absenti & ignorant, sed præsentibus & audientibus

dienti convicium obiectum, nec 4. quod textus *in eadem l. s.* indiffini-
 cte loquatur, hincq; omnium ac universarum Injuriarum actiones
 annuo tempore præscribi possint, cum ubi lex non distingit, ibi nec
 nos distinguere debeamus. Loquitur enim tantum de Injuria
 verbali, cujus actionem annuo tempore præscribi posse jam dixi-
 mus. nec 5. quod Actio Injuriarum sit odiosa, proptereaq; potius
 restringi, quam ampliari conveniat, *per cap. odia de Re, l. in 6. v. & l.*
42. D. de pœn., quia illa ipsa Juris regula hic sibi nullum potest vendi-
 care locum ob supra adductas rationes, nec obstant alia, de quibus
 infra allegati Auctores consuli possunt. Et hæc quæ de præscri-
 ptione actionis Injuriarum diximus, non solum jure civili proce-
 dunt, sed & canonico, adeo, ut ne eo quidem jure mala fides Inju-
 riantis qua ad poenam Injuriato præstandam se obligatam esse
 scit, præscriptio actionis Injuriarum officiat, propterea, quod in
 foro conscientie poenæ non debeantur, sed salva conscientia reti-
 neri possint. In foro Saxonico Injurie reales leviores anno,
 graviores & atrociores 30. annis, ceteræ tanto temporis spacio,
 quanto jure civili, præscribuntur, *v. Andr. lib. 3. tit. 31. & constit. 46.*
p. 4. quæ ipsa Constitutio cum se ad Jus civile referre videatur, an-
 num quoq; illum civilem, non Saxonicum, ultra annale spacium
 commune, sex insuper septimanas, & tres dies continentem, jure
 Saxonico in annali præscriptione observandum esse, clarius est,
 quam Solis radii, cum sudum est, esse solent. Vide sis in diversas
 sententias euntes Eman. Soarez. *Thef. rec. sent. lit. l. n. 70.* Gail *lib. 2.*
obf. 104. & 105. Olem. *disp. 35. tit. 23.* Schneid. *§. 8. l. de Injur. n. 1. & seqq.*
ibiq; Wesenb. *lit. A. & C. eundem Wesenb. D. de Injur. n. 13. 15. 19.*
 Matth. Colerum *decis. 128. & 167. ibiq;* Jacob. Schult. Georg. Schulz
 & in *Synopsi Inst. lit. l. Dñ. Carpz. Pr. Crimin. p. 2. q. 97.* Magnificum
 Dn. Præsidentem *d. velimr. ib. 14. lit. D.* & ab iisdem quamplurimos
 laudatos alios de præscriptionibus hisce Injuriarum Actionum,
 differentes magni nominis Jurisconsultos.

(l.) Tum Injuriantis, tum Injuriati, nisi lis fuerit contestata,
 tunc enim hæc Injuriarum actio etiam ad successores pertinet, *§. 1.*
J. de perp. & temp. act. l. 32. pr. D. ad l. Falc. l. 26. de Oblig. l. n. 5. & de pri-
vat. del. l. 13. pr. l. 15. §. 14. de Injur. l. 164. de Reg. Jur. (Hinc Injuriarum,

quæ adulti vel pupilli parentibus illata fuerunt, actionem remittere, & pacem cum eo inire, qui illas intulit, tum curatorem, tum tutorem posse, si id magis è te pupilli adultive fuerit, quam vindictam persequi, dicit Soarez *ibid. rec. sem. list. l. n. 81.* Ideo autem tam Injuriantis, quam Injuriati morte tollitur actio Injuriarum, 1. quia secundum certissimam Juris Regulam ex maleficiis pœnales actiones in heredem rei non competunt, §. 1. *l. de perp. & temp. act.* 2. quia ad vindictam actio Injuriarum tendit *l. 2. §. 4. D. de collatione.* 3. quia Injuriarum actio in bonis nostris non computatur, antequam litem contestemur *l. 28. D. de Injur.* nemo autem aliquid amplius transferre potest ad eum, qui accipit, quam est apud eum, qui tradit *l. 20. pr. D. de acquir. rerum dom.* Et hæc procedunt licet, qui Injuriarum acturus fuerat, stipulatus sit ante litem contestatam, ut adversarius suus iudicio sistat; quia tales stipulationes propter rem ipsam dantur. Injuriarum autem actio heredi non competit. Quamvis enim hæc stipulatio iudicio sistendi causa facta ad heredem transeat, tamen in hac causa danda non est *l. 10. §. 2. D. si quis caut. in jud. sist. causa fact. non obr.*

(m.) Injuriarum quippe actionem cedi alteri posse, asserunt Soarez *ibid. rec. sem. list. l. n. 72.* & Wesenb. *D. de Injur. n. 13.*

(n.) Adeo, ut actionem Injuriarum semel sublatam amplius quis recollere non possit §. 12. *l. de Injur. l. 11. §. 1. D. eod.* nec pacificando, ut agere possit, agere, quia & actio sublata est, & pactum ad actionem parandam inefficax est, non enim ex pacto Injuriarum actio nascitur; sed ex contumelia *l. 27. §. 2. D. de pass. remittentibus* namque actiones suas non est regressus dandus *l. 14. §. 9. D. de adit. ed. & in perpetuum sublata obligatio restitui non potest l. 98. §. 8. D. de solutionibus v. l. 10. §. 9. de in rem verso, l. 85. §. 1. de Reg. Jur. c. factum 73. de R. l. in sexto*, licet vel remissa fuerit illa injuriarum actio ex causa, quæ postea non est secuta; quo casu tamen injuriatus propter remissionem factam reum ad præstandum id, quod promisit, convenire potest, vel injurians in injuriatum fuerit ingratus, quod ingratitude vitium alias, secundum Beati Bernardi à Schneidewino §. 12. *l. de Injur. n. 5.* allegati sententiam, dicitur ventus urens, siccaans fontem misericordie, rorem pietatis, & fructum gratie.

Ob

Ob quam causam nec Injuriaz tempore & aliis modis extincta cum
novis ad aggravandam poenam accumulari possunt, veluti ita Juris-
consulti Lipsenses Mense Octobr. Anno 1620. ad consultationem
Senatus Pegaviensis responderunt: Ob nun wol die Injurien / wenn
sie ofte geschehen / vnd vermehret werden / grösserer Straffe würdig sein /
Dennoch aber vnd diereil so wol die schriftlichen als wörtlichen In-
jurien / durch verfließung eines Jahrs / nach Ordnung der gemeinen
vnd Landüblichen Rechte / präscribiret werden / vnd der Rath zu Peg-
gaw die jenigen Injurien / so J. S. Anno Eintausend sechshundert
vnd zwölff aufgegoßen / nicht ad animum revociret / vnd gebühlich
en außzuber / Sondern erwer eigen Bericht nach / auß gehabter
Gedult ersuchen lassen / So seind dieselben auch nach gendter Jahr
frist erforschen / vnd ist demnach mehrgeda. Hier N. solche mit den newen
en Injuriis in eine Klage zugleich zubringen vnd zu cumuliren nicht
befugt / von Rechts wegen. Idem Scabini Lipsenses 24. Novembr.
Anno 1620. in eadem causa pronunciarunt: Hät Jacob S. zu W.
den Rath baselbst / in vnterschiedenen Schrifften vnd Supplicatio-
nibus / nicht allein in dem Anno 1612. sondern auch in dem
lauffenden 1620. Jahre / mit Ehrenrühri gen Worten angegriffen /
Dahero sie ihn actione Injuriarum zubezelen / verursacher worden /
nach mehren inhalt ewrer Klagen / So ist Beklagter nur auß die in
diesem Jahre erweisliche Injurien zuverfahren schuldig. Was aber
die jenigen anbelanget / welche er Anno 1612. wieder bemeldten
Rath aufgegoßen / auß solche ist er sich gestalter Sachen nach / weil
sie durch verfließung nicht allein eines / sondern mehr Jahr präscri-
biret / emzulassen nicht schuldig / W. N. B. Berlichius decis. aur. 79.
n. 4. & seqq. Actione autem injuriarum perempta, adhuc agi potest
ad dānnum & interesse, videlicet mercedes Medicis præstias, &
alias impensas in curationem factas, item ad æstimationem ope-
rarum amissarum, & quibus tempore vitæ suæ caritatus est l. 3. D. de
quadr. p. au. sec. die l. 7. de his qui de jec. cum ejusmodi actiones sint rei
persecutoria, nec tendant ad vindictam, Henning Goden olim o-
mnium Sanctorum hic Præpositus, & primos in Jure Ordinarius
Lector Volum. 9. conf. l. n. 27. p. m. 280. Omphal. de civili polit. lib. 1. c. 104.

E 3

2011 2011 2011 2011

n. 15. Soarez thef. rec. sent. litt. l. n. 83. Wefenbec. D. de Injur. n. 13. Antequam ad sequens membrum pergamus, illa quoque subnectenda huic venit quaestio: Anne, quando aliquis in confessione facta sacerdoti remittit Injuriam, per hoc actio Injuriarum ita sit extincta, ut eandem amplius nequeat intentare? ad quam breviter respondemus distinguendo. Aut quis remisit solum rancorem, ut loquuntur, aut expressè remisit actionem Injuriarum, aut res est in dubio constituta. Primo casu non intelligitur una cum rancore remisisse actionem injuriarum, altero utiq; eandem remisisse, id quod manifestissimum est, tertio iridem solus rancor animi remissus intelligitur, aliàs nullus Christianus injuriarum agere posset. Unde patet, illum quoq; viri boni & Christiani officio fungi, qui injuriæ odium quidem & memoriam, sed non multam, poenam atq; satisfactionem remittit. Schneid. §. 12. l. de Injur. n. 7. & §. 8. ibid. Goth. litt. L.

Thef. XX.

Pœna (a.) Injuriarum (illa, quæ olim ex l. 12. tabularum introducta (b.) sublata (c.)) si civiliter fuit actum, una cum infamia (d.) vel (ut bona pace Grammaticorum ita loqui liceat) instabilitate (e.) est pecuniaria. (f.)

(a.) Ut enim crimina & cætera delicta justis sunt coercendæ poenis, ita & Injuriam l. 15. §. 25. D. de Injur. sive reales, sive verbales, sive atroces, sive leves §. 10. l. de Injur. ubi dicitur, de omni injuria eum, qui passus est, posse vel criminaliter agere vel civiliter. Dicitur quidem Omne, nihil excludit. Nov. 77. c. 1. §. 1. ubi contra homines blasphemias impunitas non relinqui asseritur. c. cum te 23. de sent. & re jud. ubi aliquis eò Injuriarum actione conventus, & à Judicibus, qui super hoc cognoscebant, in decem solidos condemnatus est, quod alteri dixerit, equum suum non esse minoris precii, quam capillos ipsius.

(b.) Ta-

(b.) Talionis nempe, vel reciproca Crisp. §. 7. *l. de Injur. lit. A.* propter membrum ruptum *d. §. 7.* quam ipsam talionis poenam etiam olim in Poliria Israelitica in usu fuisse, constat *ex Exod. 21. v. 23. & seqq. Levit. 24. vers. 20. Deut. 19. vers. 21.* nec non numaria, 25. asium Goth. *ad d. §. 7.* propter os fractum, quasi in magna veterum paupertate *d. §. 7.* propter quam prior illa & atrocior (plus enim esse membrum, puta brachium, caput, pedes rumpi, quam frangi os, cum in uno membro, puta manu, pede plura sint ossa, ait Welsch, *d. §. 7. lit. B. & Olem. disp. 35. §. 19.*) Injuria non poterat pecunia aestimari, altera poena pecuniaria justo leviori puniebatur.

(c.) Ideo, quod altera aliquantò durior, altera remissior videbatur. Hinc Labeo citante Gellio *lib. 11. c. 1.* fuisse quendam ait, Neratium, qui 25. asibus datis pro oblectamento habebat os hominis depalmare, Crisp. *d. §. 7. lit. D.*

(d.) Quæ poena non solum eum comitatur, qui Injuriarum suo nomine damnatus, verum & qui propria auctoritate, suaque sponte pactus est, vel transegit, ullos videlicet adversario numos pro mala conscientia numerando, quoniam intelligitur confiteri crimen, qui paciscitur, *l. 1. §. 5. l. 6. D. de his qui not. inf. l. 7. pr. l. 42. de Injur. l. 7. de publ. Jud. l. 10. l. 18. C. ex quibus causis inf. c. cum se de sent. & re jud.* ita ut nec potuerit olim (hodierna siquidem consuetudine in judiciis aliud observari, mox dicitur,) Judex efficere, ut Injuriarum damnatum non sequatur infamia, quemadmodum de furti damnato dicitur *in l. 63. D. de furti.* cum facti quidem quæstio in arbitrio sit judicantis: poenæ verò persecutio non ejus voluntati mandetur, sed legis auctoritati reservetur. *l. 1. §. 4. D. ad SC. Turp.* nec unquam ejusmodi pacta & transactiones super Injuriis confirmantur à Judice, licet hoc à parte petatur, quomodo negatam esse confirmationem transactionis in causa Injuriarum Sebastiani Lincken/ contra Philippum à Neuberger/ 17. Novemb. Anno 63. & in causa Gudderer/ contra Christophorum Sennsten/ refert Gail infra citato loco. Licet autem stricto jure dicta hæc procedant non tantum in gravioribus & atrocioribus, sed & levioribus & minimis Injuriis, quarum æque ac illarum

coni.

condemnatus in famis fit, humanius tamen esse atq; æquius, cum
aliis censemus pœnam infamiz non semper irrogari, nisi circum-
stantiz aliud svadeant, cum interdum gravissima illa pœna igno-
miniz perpetuz, propter quam multi societatibus, ordine colle-
giisq; suis ut infames ejiciuntur, & alia graviora consequuntur,
quæque ipsi morti æquiparatur *l. 8 §. 2. D. quod met. caus.* superet
ipsum delictum, levissimas Injurias, id quod fieri non debere, cer-
tum est, & nullæ propter satis minimam rem actiones dentur.
l. 4. D. de in int. rest. Nec ut in homicidiis, homicida quod fecit,
exspectet, itidem in Injuriis valere potest lex rationis, cum non
ut per eadem vita aufertur, ita existimatio per Injuriam, præser-
tim realem, qua non existimatio violatur, sed corpus, aut alia res.
Quamquam enim forsân ipsum id conetur & velit Injurians, effe-
ctus tamen deslituit conantem. Cæterum, pœnam hanc Infamiz
Injurians evitare potest subsequētib; modis. 1. Si pœ-
næ procuratorem se defendat, quo casu nec reus principalis laborat
infamia, cum sententia in procuratorem proferatur, quamvis re-
ipsa & opinione hominum non effugit infamiz notam *l. 2. pr. D. de
obf.* nec ipse procurator, cum alieno nomine condemnetur *l. 6 §. 2.
l. 14. l. 21. D. de his qui not. inf. v. rb.* 2. Si solvat æstimationem In-
juriz ante condemnationem, vel, quod tutius est, litis contestatio-
nem tuæ enim, quia propter solutionem factam non condemna-
tur, nec infamia notatur, quæ condemnato irrogatur tantum; ;
præsertim, si non ipse reus offerat, sed per tertiam personam sine
suo tamen mandato hoc fieri curet. 3. Si ante sententiam paci-
scatur aut transigat Judicis vel Magistratus auctoritate, adhibita
protestatione, se transigere, non quod delictum confiteri intendat,
sed quo à vexatione litis sese redimat. 4. Si pœna gravior ultra
legem imponatur *l. 13 §. 7. D. de his qui not. inf. l. 10. §. 2. de pen.* quia
lex, quando plus consequitur ex damnatione, vicissim aliquid
remittere debet. quod tum omninò est necesse, cum aliis vilis &
infamis, & qui jam ante ignominiosus est (quod genus hominum
plerumq; contumeliosum esse solet) venit condemnandus *l. 35. D.
de Injur.* Non autem & tunc pœnam graviorē impositam cen-
semus, sicq; sajuriantem non fieri infamem, cum ad palinodiam,
& præ-

& præterea criminalem poenam tenebatur, quemadmodum nonnulli, inter quos est Wefenb. *D. de Injur. n. 18.* arbitrantur. 5. Si Judex expressim in sententia existimationem illi conservet, Dafi Jhne solches an seinen Ehren vnnachtheilig. Id enim Judicem ex justa causa facere posse; tradit Wefenb. mox allegando loco, & factum hoc fuisse in Camera Imperiali in causa In gest contra Amerßdorff, & in causa Sebastian Hacken, contra Steffen Semflis refert Gail jam citando loco. 6. Si condemnatus appellet vel leuteret, & pendente appellatione vel leutatione det operam interea, ne subsequatur altera sententia, sed lis pereat per pactum aut solutionem, de quibus omnibus vid. *Soarez 2 bes rec. senr. litt. I n. 79.* Wefenb. *D. de his qui not inf. u. 9* & *de Inj. n. 16. & 18* Gail *lib. 1. obs. 65. lib. 2. obs. 102. & 103.*

(e.) Quæ est poena famosi libelli *l. 2. pr. D. de testib. l. 18. §. 1. qui testam. fac. poss. l. 7. §. 2. de Injur.* ergo nec testamentum facere poterit hac poena affectus, nec ad testamentum adhiberi, *d. l. 18. §. 1.* Cum enim lege quis intestabilis jubetur esse; eò pertinet, ne ejus testimonium recipiatur, & eo amplius, (ut quidam putant) neve ipsi dicatur testimonium. *l. 26. D. qui testam. fac. poss.*

(f.) Actori applicanda, prout ille Injuriam aestimaverit, Judex taxaverit, ut *supra in §. 16. litt. D.* dictum. De Jure quidem Saxónico olim certa poena erat expressa & statuta, ultra quam pars rea non poterat condemnari, ita ut quicumq; pro Injuria sibi illata majorem poenam sive emendationem petierat, utramq; amiserit, 30. nempe solidorum, aut 15. si rusticus egit Injuriarum, quorum dimidiam partem uxor, quando eidem Injuria illata consequeretur, unde uxores rusticorum 7. solidi cum dimidio solvebantur, cum cæteris 15. quod ipsum & locum habebat, si uxor alius Injuriam intulisset. Virginibus quoq; solvebatur dimidia poena, secundum conditionem nativitatis suæ, ut & viduis, & non secundum dignitatem mariti sui defuncti, cum non, ut de Jure communi vidua mulier amissa mariti domicilium retinet, & dignitatem ejusq; donec aliis intervenientibus nuptiis permutatur *l. 8. D. de Senat. l. 2. §. 1. ad man. l. 10. C. de nupr.* ita & de Jure Saxónico, utpote quo Jure uxor mortuo marito Jura & statum suæ nativitatis recipit. Et hæc procedebant, quando pro Injuria verbali, vel reali leviori agebatur.

Nam quando pro graviori, ut puta vulnere gladiatorio, quod in digito unguem altitudine, ejusdemq; digiti majorem articulum longitudine adæquat, mutilatione alicujus membri, vulnere osstrago, cranio inflicto, deformatione, cujusmodi sunt omnia vulnera in facie illata, quæ à pilis obtegi non possunt, civilitate agebatur, tunc gravior pœna statuta erat dimidium videlicet Wergeldi, id est 12. sexagenarum antiquarum, 12. alte Schoff/ aut si rusticus pro ejusmodi Injuria egit, 6. Sexagenarum antiquarum, 12. grossorum argenteorum, & 4. denariorum novorum; quam pœnam præstando etiam is liberabatur, qui in una rixa uno eodemq; tempore plura talia vulnera alteri inflixerat, ita ut non teneretur pro quolibet vulnere solvere dimidium Wergeldum. Cuius autem digito tum manuum, tum pedum, nec non cuius denti decima duntaxat pars Wergeldi, hoc est 48. grossi argentei, seu duo thaleri, constituta erat. Verùm hæc Juris Saxonici dispositio propter petulantiam & temeritatem hominum in Injuriando proflus abrogata est ab illustriſſimo Electore Augusto in suis *Novellis part. 4. constit. 42.* & certa illa expressa pœna in veterem arbitriam commutata. v. *Schneid. l. de Injur. Wesenb. D. de Injur. n. 17. & 18. Matth. Coler. decis. 161. Georg. Schulke Synopsi Inst. de Injur. Dn. Carpozov. Pr. Crim. p. 2. q. 95. n. 2. & seqq.* Magnificus Dn. Præses d. *velrat. 6. 11. litt. B.* Ob quam causam & in supra citatis statutis *Vraislavienſibus d. art. 19.* (ublata videtur ibi: *Sollen sich hinfüro mit ablegung der Sächſiſchen Buß/ nicht zu schämen noch zu beheiffen haben/ sondern neben gebührlchem Abtrag/ nach gelegenheit der Personen und des Vortbrechens/ von Buß/ andern zur abschew/ ernstlich gestrafft werden.*

Theſ. XXI.

Sin criminaliter, pœna est arbitraria (a.)
 ita ut possit Judex reo pro ratione circumstantiarum (b.) aut pœnam pecuniariam (c.)
 aut carcerationis, aut relegationis, aut fustigatio-

gationis, aut flagellationis (*d.*) aut manus
(qua delictum quis perpetravit) amputatio-
nis &c. (*e.*) aut etiam capitalem (*f.*) im-
ponere.

(*a.*) hoc est, quæ non lege delicto præstituta, sed arbitrio Ju-
dicis relicta est. §. 10. *I. de Injur. ibiq.* Welenb. *lit. D.*

(*b.*) Ut enim in cæteris, ita hujusmodi causis ex personarum
condicione & rerum qualitate pœnæ diligenter sunt æstimandæ,
ne quid aut durius aut remissius constituitur, quam causa postu-
labit, quemadmodum Divum Antoninum de his qui prædam ex
naufragio diripiissent, rescripsisse, scribit Jurisconsultus Paulus in
l. 4. §. 1. D. de Inc. v. l. 45. de Injur. l. 1. pr. de pœn. §. 7. I. de Injur. ubi Imp.
Justinianus olim non solum in libera persona secundum gradum
dignitatis, vitæq; honestatem crevisse aut minutam esse æstimatio-
nem Injuræ testatur, verum etiam in servili illum gradum con-
demnationis servatum fuisse, ita ut aliud in servo actore (id est, qui
pecuniis domini credendis & exigendis præerat, Goth. *hic. lit. E.*
qui secundum gloss. hic à Schneidewino *n. 12. & 13.* dicitur Castal-
dus) aliud in mediocris homine (vel mediocris *l. 1. §. 5. ver. cæte-
rum D. nautæ caup. & c. Theoph. §. b. 7.* ita dicto, quod in mediis æ-
dibus stare, ut ad cujusvis jussu præsto esse posset, Goth. *d. l. 1.
lit. K.*) aliud in vilissimo vel compedito (solebant enim domini
malos servos ac fugæ suspectos vincire nervo ac compeditibus, qui
ita vincti terram colebant; Unde ingentiosissimus ille Latinorum
Epigrammatum Poeta Martialis *lib. 9. epigr. 22.*

Et sonet inkrum em compede Tufus ager.

v. Goth. *ad §. b. 7. lit. F. & l. 7. §. 7. D. de dolo, lit. X.*) jus æstimationis
constitutum fuerit.

(*c.*) Fisco vel pauperum gazophylacio applicandam v. *l. 16. lit. C. supra.* Sed quid, si reus pecuniam, in quam mulctatus est, solve-
re nequeat? num Judex pœnam illam pecuniariam convertere
potest in corporalem? ad quod respondendum quod *Ec. l. 25. D. de*

In Jus voc. quia, ut in trita illa atq; pervulgata Regula dicitur, qui non habet in aere, luat in corpore, ne quis contemnât Injuriarum Judicium ob egestatem *l. 35. D. de Injur. & hanc communem esse opinionem refert Soares ibi. rec. sent. litt. l. n. 80.*

(d.) Qua poena tantum servi olim affecti, dominis restituebantur. *l. 45. D. de Injur.*

(e.) De quibus poenis vide Sodes *d. l. 45. D. de Injur § si quis alium in corpore edictum vulneravit 2. F. 27. Mith. Colerum de res. 161. & Georg. Schulgen in Synopsi Inst. de Injur.*

(f.) Quae poena tamen tunc solum locum habet, quando atrox Injuria realis fuit illata, ut si quis Magistratum, vel Judicem, aut ejus ministros, quoniam ad carcerem ducentes, verberaverit, vel vulneraverit, nisi conditio personae aliud suaserit, aut si quis non solum domum alterius vi introierit, sed patrem vel matrem familias etiam pulsaverit, vel vulneraverit. Ob Injurias enim verbales illarum poenam ad mortem usq; non extendi debere, & æquius est, & menti Electoris Augusti, hanc ipsam arbitrariam poenam in ejusmodi verbalibus Injuriis, usq; ad fustigationem, tanquam gravissimam in *const. 42. p. 4.* restringentis, convenientius. Quamquam Goth. ad Schneid. *§. 10. i. de Injur. n. 7. litt. D.* putet, etiam pro verbali Injuria Magistratus tempore Magistratus ejus facta, Injurianti poenam capitalem imponi posse. v. Wesenb. *D. de privat. del. § ad §. In summa 10. l. de Injur. litt. E. & G. Georg. Schulz in Synopsi codem litt. C. & E.* ac quem denuo debito cum honore atq; observantia laudo, Magnificus Dn. Praefes *d. velinat §. 11. litt. C.*

Thef. XXII.

Nisi propter famosum libellum actio proposita, tunc etenim eadem (a) poena, qua dignum est illud crimen, quod in libello famoso objectum, reo imponitur. Unde constat

constat, non semper (b.) sed interdum (c.) aliquem pro famoso libello capitali sententiæ subjugari.

(a.) Hoc enim jus talionis in tam atroci crimine æquissimum judicavit Carolus V. in *Ordin. Crimin. art. no. ibi*: Der selbstig bößhafftig Låsterer/soll nach Erfindung solcher Vbelthat/ als die Necht sagen/ mit der Peeni in welche er den Unschuldigen/ Beschmachtein/ durch seine böse/ vnwarhafftige Låsterschriefft hat bringen wollen/ gestrafft werden. Quam sententiam etiam approbasse videtur AUGUSTUS Elector Saxonix in *Novell. suis p. 4. constit. 44.* ut periculum, quod quis alteri intentavit, ipse solvat. *Wesemb. D. de Injur. n. 19. Georg. Schulz. Synopsi Inst. eod. litt. A.*

(b.) Quamvis etenim antea lex. ii. tabularum, referente *Wesemb. §. Injuria autem I. de Injur. n. i. litt. F.* & Constitutio Valentiniiani & Valentis Imp. in *l. un. C. de Fam. lib.* ejusmodi delictum capitali supplicio vindicarunt, hodie tamen eadem jura qua ex parte jure sunt restricta, cum perquam absurdum & iniquum esset, si quis indistincte etiam propter leve aliquod delictum in libello objectum, capite puniretur. Poena enim non deesse gravior, quam ejus causa. Et secundum hanc rationem responderunt olim Lipsenses Judici Zitzensi, Anno 1549. Mense Augusto, arrestantibus *Matth. Coler, decis. 154. n. 3.* & *Georg. Schulz. d. l.*

(c.) Quando nempe crimen, quod in libello famoso alteri objectum, est tale, pro quo poena capitalis imponitur, quemadmodum ita Scabinos tam Lipsenses, quam Wittebergenses unanimiter pronunciaisse, refert *Georg. Schulz. d. l.* ubi in fin. ex *Dani. Moller.* addit: non solum veteres Scabinos Lipsenses Mense Aprili, Anno 1563: euidam, qui in famoso libello alium criminis Sodomitici in simulaverat, poenam ignis, sed etiam illius tempore eodem Scabinos cuidam ob famosum libellum poenam gladij distulisse. Falso itaque putant nonnulli, inter quos est *Jul. Clar. in Pract. Crim. §. fin. p. 68, n. 25.* & *Jacob. Schult. in addit. ad Matth. Coler.*

*Coler. d. decis. 154. n. 14. d. l. un. C. de fam. lib. § d. art. 110. Ordin. Crimi-
 min. nec non ut in hoc casu secundum his commone, & præalle-
 gatam Constitutionem criminalem pronuncietur, constituentem
 d. constit. 44. p. 4. moribus nostris rece, tam amplius h. ud esse, hoc
 diernaque consuetudine passim recepta præam famosi libelli
 non capitalem, sed aliam extraordinariam esse. Sicut nec illo-
 rum opinionem approbamus, qui d. l. un. C. de fam. lib. non de ultimo
 supplicio, sed tantum de pœna capitali, quæ caput civile affi-
 ciat, veluti deportatione, vel alia loqui statuunt; licet illorum
 omnium opinioni opitulari videatur Jus Canonicum, quo Jure
 aliquis ob famosum libellum nunquam ultimo supplicio puni-
 tur, sed flagellatur, vel excommunicatur, aut anathematizatur, *101.
 quæst. 1. caus. 5.* Quamvis autem non solum Auctorem famosi libel-
 li, qui falsum crimen alicui objecit, sed & qui verum, quod pro-
 bare paratus est, ob malitiosam diffamandi libidinem, nec non
 eum, qui emendum vendendumve eundem libellum famosum
 curavit, & qui reperit solum, & vim ejusdem manifestavit, pœnam
 famosorum libellorum incurere supra probavimus; atamen-
 posterioribus hisce Judicem non ordinariam famosorum libello-
 rum pœnam, sed extraordinariam atq; mitiorem dictare debere,
 verius est atq; æquius *d. art. 110 ibi: Vndermessen des Richters / U
 ih: durch seine böse / vnwarhaffte Lästerschrifte / ex quibus verbis
 tantum libellorum famosorum compositorem hunc articulum
 comprehendere, planum est. videatur & eandem sententiam
 comprobans d. constit. 44. p. 4. § Orden vnd setzen auch darüber. ubi
 habetur: Wann einer jemand durch Schrifften diffamiren / vnd set-
 zen Namen n. che bekennen würd / da er gleich solch: s folgendes söne
 te außführen / daß derselbige gleichwohl auch wilkührlich / entweder
 mit Straupenschlären / Verweisung oder B. fängnis / nach Belegen-
 heit der Verbrechen / gestraffe werden soll. Georg. Schuige d. l.**

Thef. XXIII.

Cognatum huic delicto privato est dam-
 num culpa datum (A.)

(A.) Nam

(4.) Nam & in aliquo conveniunt, & in quibusdam differunt inter se. Conveniunt in hoc: Ut in damno, ita in Injuria vita vel res alterius læditur. Differunt 1. In lege Aquilia & levisima culpa venit *l. 44. pr. ad l. Aquil.* Sed in actione Injuriarum, ad hoc, ut competat, dolus requiritur, seu animus Injuriandi. 2. In lege Aquilia agitur ad emendationem damni; in actione Injuriarum ad vindictam *l. 7. §. 1. D. de Injur.* 3. Damnum Injuria datum non immediate in ipsam personam infertur, sed in res domini nostri; Injuria verò primò ac immediate in personam.

Thef. XXIV. caq; Ultima.

Contraria constituimus Laudem, Honorem, & Beneficium (4.)

(4.) Etenim, sicut Injuriæ plerumq; existunt odio & invidia v. Machiavell. *Princ. c. 7. p. m. 49.* propter quam causam Injuriatus illum qui Injurias intulit à testimonio & accusatione repellere potest *l. 3. pr. D. de testib. c. repellantur e. cum oporteat. extr. de accusato-ribus Goth. ad Schneid. §. 12. l. de Injur. n. 11. tit. C.* ita neminem ferò laudamus, neminem honoramus, nemini damus beneficium, nisi quem amamus atq; diligimus. Et sicut Injuria non fit volenti, ita beneficium non da-

tur invito.

Gloria Soli Deo.



SAMUEL POMERINS
SILESIUS

AUTORI DISPUTATIONIS
EGREGIO
ESAIÆ MAJORI,
SIBI ALTERI.

Dum Teutonorum tres-viralibus virgū
 Fatale regnum à mēsisbus retrò multis
 Hostis flagellat, SLESIÆq; cumprimis
 Expectorare spiritūs mares tentat,
 Expulcat ipsas alter Hannibal portas;
 Quàm te decorus mentium præaltarum
 Urit Cupido, Gnave Jurium Lyta,
 Cùm publicanum temporis boni somnum, &
 Gulam perosus, aleasq; pernoctes,
 A principali dogmata imbibis voce,
 Ac eruditos propter accubans libros
 Urges, opellas strenuissimis ausis:
 Et nunc aprica te celebrium luci
 Sistens Virorum, calculoq; non uni,
 INJURIARUM dexter expedis jura.
 Maeste instituti, Docte MAJOR! Hæc itur
 Ad fornicatos grandis ætheris tractus,
 Et invidende augusta templa Virtutis.
 Hoc calle gruffatus PATRI allevamentum
 Deinde, PATRIÆq; fluctuabunda
 Non penitendum pollicere; qua quantum
 Pacis diebus bella prospicit cauta,
 Tantum inæer arma, Martiosq; incigitis,
 Spem Pacis unam Litteras fovet castas,
 Harumq; alumnos, lecta Numinis Sedes,
 Et duplicata Sacra Palladis Custos.

L. M. Q.
F.

SAMUEL POMARIUS
SILESIUS.

